
QS
P671a
1859
pt. 2
MON MED

UNITED STATES OF AMERICA



FOUNDED 1836

WASHINGTON, D.C.

B19574

ANATOME TOPOGRAPHICA

SECTIONIBUS PER CORPUS HUMANUM CONGELATUM

TRIPLICI DIRECTIONE DUCTIS ILLUSTRATA

AUCTORE

Nicolao Pirogoff.

PARS II.

PETROPOLI.

ANATOME TOPOGRAPHICA

SECTIONIBUS PER CORPUS HUMANUM CONGELATUM

TRIPLICI DIRECTIONE DUCTIS ILLUSTRATA.


AUCTORE

Nicolao Pirogoff.

PARS II.

Fasc. 2. Fasc. 2 A. Fasc. 2 B.

CAVEA THORACIS.



a.

PETROPOLI.

TYPIS JACOBI TREY.

1859.

Mon. Med.
QS
fP671a
1859
pars 2

NLM

FASCICULUS 2.

SECTIONES TRANSVERSÆ CAVI THORACIS.

Icon prima usque ad vicesimam quartam hujus fasciculi delineationes sectionum transversarum cavi thoracis ostendunt, quarum ope haec corporis regio in *superum inferumque* segmentum dividitur.

Thorax solidissime congelatus, a jugulo sterni usque ad processum xyphoideum, serra mechanica tali modo in laminas transversas, perfecte parallelas, latitudinis $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ pollicum Pariss., perciditur, ut sectiones modo per cartilagines costarum et per costas, modo per spatia intercostalia ducantur.

Limites cujusvis sectionis in hac quoque regione ossibus dissectis determinantur. Sic costa et cartilago costae ab anterioribus, corpora et processus vertebrarum a posterioribus, arcus costarum ex utroque latere limites cujusque sectionis transversae constituunt, ita ut lector unamquamque laminam thoracis persecti, tanquam planum aequale inter puncta ossea fixa extensum contemplari possit.

Imagines igitur harum iconum praecipue eum ad finem destinatae sunt, ut situs cavitatum cordis, pulmonum, mediastini etc. *in qualibet regione, ut lubet, per lineam circularem inter puncta certa sceleti thoracis ductam, determinata,* perfectissime demonstraretur. Quaelibet sectio transversa duas facies: superiorem et inferiorem repraesentat. In nonnullis iconibus utraque facies sectionis efficta est; nonnullae imagines autem faciem superiorem sectionis, nonnullae faciem ipsius infimam ostendunt; in his (si modo facies pectoralis laminae dissectae anteriora versus aut superiora, dorsalis autem facies posteriora versus aut inferiora spectat) utrumque latus segmenti cognomini lateri spectatoris, in illis autem latus dextrum laminae persectae sinistro lateri spectatoris respondet et vice versa.

Ut directio cujusvis sectionis transversae ossium thoracis accuratius definiatur, ubique distantiam lineae secantis a marginibus costarum et vertebrarum aut cartilaginum intervertebralium persectarum, circini ope dimensus, adnotavi. (Sic legitur v. c. in explicationibus iconum: sectio transversa per marginem superiorem aut inferiorem cartilaginis costae tertiae et per marginem superiorem aut inferiorem corporis vertebrae dorsi sextae, in hac vel illa distantia a cartilagine intervertebrali, ducta etc.)

Ut vero directio sectionum cordis, quae in sectionibus thoracis transversis ad axem hujus organi semper plus minusve obliqua est accuratius determinetur, fere ubique distantiam diversam lineae secantis aut a margine ostiorum aut a marginibus valvularum aut ab alia quadam parte cordis indicavi.

Intervalla inflexionum aut plicarum pleurae, distantiam marginum anteriorum utriusque pulmonis, longitudinem demum, formam, et latitudinem mediastinorum item circini ope exploravi et peculiari encheiresi, quam in praefatione mea exposui, cum mathematica subtilitate, secundum praeparationes congelatas ad veritatem naturae adumbravi.

Nonnullae sectiones situm organorum thoracis omnino normalem, multae statum ipsorum pathologicum demonstrant. Ad haec pertinent: tuberculosis in ultimo stadio, pneumothorax, empyema, hydropericarditis, hypertrophia cordis etc.

Multae delineationes margines pulmonum dissectorum, nec non limites osseos sectionum lineis solis secundum praeparata congelata ad naturae veritatem fidelissime sculptis designant.

Nonnullae imagines, quarum praecipuus scopus est, situm, formam et directionem mediastini anterioris atque cordis demonstrare, etiam limites modo anteriores et posteriores sectionis (sternum scilicet et corpus vertebrae dissectae) cum partibus inter ipsos inclusis referunt.

Situm organorum thoracis sectionum ope transversarum indagantes in compluribus corporibus humanis serram unum idemque spatium intercostale aut unam eandemque cartilaginem costae secantem, perquam diversas cordis partes ferire videmus, quod praecipue *in sectionibus transversis per spatium intercostale tertium et per cartilaginem costae*

quartae ductis animadvertitur, quamobrem et imagines harum sectionum aspectum valde diversum praebent, ut hoc ex comparatione Tab. 10, fig. 8 cum Tab. 12, fig. 13 patet. Hoc partim ex alteratione organorum pectoris diversa morbosa, partim ex lineae secantis parvis decessibus, partim denique ex vario organorum abdominis statu et situ pendet; ita e. g. aliae cordis partes iis sectionibus thoracis transversis secantur, quae spatium intercostale tertium et corpus vertebrae dorsi sextae dividunt, aliae sectionibus, quae per spatium idem et vertebram dorsi septimam ducuntur, plane alium denique aspectum imagines harum sectionum praebent, si stomachus aut canalis intestinalis aëre extensus diaphragma et cor sursum tollit. Nihilominus tamen ex diligenti indagatione sectionum thoracis legem principalem de situ cordis et de ratione declinationum ejus emanare posse pro certo habeo.

Quoad mediastinum anterius, formam et directionem septi hujusce etiam diversissimas esse in uno eodemque interstitio intercostali, ex disquisitione sectionum transversarum thoracis patet. Sic v. c. in sectione transversa interstitii intercostalis tertii mediastinum anterius modo septuli exigui aspectum habere (ita ut margines anteriores utriusque pleurae costalis plane contigui sint, ut in fig. 2, Tab. 12), modo autem unum pleurae saccum ab altero interstitio insigni sub sterno separatum esse conspicimus, quod etiam in vario statu pulmonis, pleurarum et pericardii nititur.

Confinia, quae secundum consuetam et vulgarem anatomicam corporis humani perscrutationem inter cavum thoracis et abdominis constituuntur, plane alio modo in sectionibus transversis prodeunt. Revera diaphragma septi instar convexi cavitatem thoracis ab abdomine separans, propter hanc convexitatem in thorace transverse persecto pro vero confinio ipsius haberi non potest; etenim unaquaeque sectio thoracis planum perfecte horizontale ostendit, quamobrem ejusmodi sectionibus transversis, si infra cartilaginem costae quintae ducuntur, cavum thoracis simul cum cavitate abdominis perciditur, cor et pulmones in uno plano cum hepate, liene et stomacho siti conspiciuntur, quod interdum imo in sectione transversa supra hanc cartilaginem instituta observatur (ut in Tab. 10, fig. 3). Organa autem thoracis sola, non nisi *in sectionibus transversis inter cartilaginem costae primae*

et interstitium intercostale quintum ductis, in conspectum veniunt. Omnes igitur sectiones transversas infra hoc interstitium ductas in fasciculo tertio operis, qui de cavo abdominis est, perlustrabo.

Serrae nostrae mechanicae actione semper stratum partium mollium ossiumque tenue, $^3/_4$ — 1 fere lin. Par. latitudine adaequans, comminuitur; hanc ob causam superficies superior sectionis interdum alium aspectum partium atque inferior offert, quod praecipue in aspectu cordis transverse persecti, propter formam hujus organi nimis complicatam et volumen partium quibus constituitur, nimis diversum ac inaequabile cernitur.

Omnia organa thoracis transverse persecta figuram peculiarem repraesentant, quamplurimum attamen variat aspectus organi persecti, prout aut vacuum aut sanguine, aëre, cibo etc. impletum, aut sanum aut morbo quolibet affectum perciditur. Sic vas sanguiferum sanguine coagulato scatens orificii instar rotundi patet, vacuum et compressum figuram semicirculi, oesophagus vacuus stellae formam habet.

Quod autem attinet ad dispositionem atque aspectum pleurarum et pericardii, confinia harum meningum fortissime glaciatarum in sectionibus thoracis transversis, propter arctam partium contignationem, non nisi glacie liberata accuratiori inquisitione discernuntur, quo facto membranae istae crassiores evadunt; in iconibus nostris lineae, quibus parietes serosarum transverse persecti indicantur perspecuitatis causa, etiam crassiores, quam natura fert, effictae sunt. Cavitates pleurarum et pericardii, si nullum liquorem continent, in iconibus lineis tribus contiguis (quarum media, crassior, cavum ipsum, utraque lateralis parietes cavi fingit), quinque lineis autem, quando una cavitas serosa juxta alteram posita est, repraesentantur; inflexiones aut transitus unius laminae serosae in alteram lineis curvis aut arcuatis indicantur. Silentio etiam praetereundum non est (quod ad imagines bene intelligendas multum confert) saccum pericardii transverse persectum, ubi basin cordis et origines vasorum majorum obvolvit, non unicae, sed duplicis, imo triplicis cavitatis, quarum altera ab altera perfecte separata est, aspectum habere.

Ut valvulae cordis, ostia atriorum et ventriculorum aliaeque partes profundae melius in conspectum prodeant, frustula coagulorum san-

guinis glaciata ex cavitatibus cordis et vasorum majorum caute (volsellae auxilio anatomicae) detracta sunt, et perspicuitatis causa in iconibus non modo omnes cordis transverse persecti partes in plano horizontali sitas, imo etiam profundiores, quae demum frustulis glaciei remotis aut solutis conspiciuntur, accuratissime adumbravi.

Ut locus, ubi sectio per cor ducta est, accuratius determinetur, icones adjeci, in quibus significatum est, quo loco lineae secantes per superficiem externam cordis transeant. Hoc tali modo effictum est, ut segmentum thoracis transverse aut secundum longitudinem persectum plano suo aequo in mensa collocaretur et tum, sterno costisque remotis, cor denudatum figura repraesentaretur.

Musculi et sacci fibrosi musculorum thoracis, nec non dispositio fibrarum muscularium persectarum in tabulis hujus fasciculi non tanta cum diligentia, quantam exquisitum partium harum studium postulat, indicavi; etenim consilium meum praecipuum nunc est, situm organorum cavo thoracis inclusorum demonstrare; in iconibus fasciculi quarti fascias et musculos thoracis transverse persectos accuratissime delineabo.

Non in omnibus picturis linearibus truncos vasorum minorum et nervorum aliasque partes, quae in situ organorum thoracis perlustrando, minoris momenti sunt, effinxi; non semper enim trunci nervorum et vasa minoris voluminis glaciata et persecta sine ulteriori indagatione clare perspiciuntur.

Omnia denique, quae imagines diversarum sectionum inter se comparando et perlustrando mihi notatu digna esse videbantur, in explicationibus iconum, tanquam corollaria adjeci.



EXPLICATIO ICONUM.

Tab. 1. Sectiones transversae thoracis proxime a margine supero articuli sternoclavicularis utriusque lateris et per marginem ejus inferum ductae. In utraque figura sectionis, quam icon haec ostendit, dorsum cadaveris anteriora versus spectat. Qui modum hunc contemplandi incongruum habet, tabulam vertat.

Fig. 1. Thorax viri adulti bonae et robustae corporis constitutionis. Humerus dexter nonnihil elevatus et a thorace parumper remotus (abductus). Trunci arteriarum et venarum majores massa ceracea injecti. Sectio transversa thoracis supra articulum sternoclavicularem utriusque lateris per marginem superiorem capituli claviculae ducta. Facies superior sectionis. Ossa secta, quibus limites totius sectionis determinantur, sunt: *1*. Anteriora versus: capitula clavicularum (*c. c.*) et margo anterior costae 1ae utriusque lateris (*h. h.*). — *2*. Versus posteriora: margo inferior plagae fibrocartilagineae inter 1am et 2am vertebram dorsi sitae (*k*) et processus transversi vertebrae dorsi 2ae (*l. l.*), nec non margo posterior costae 2ae in duobus punctis sectus (*i. m.*). — *3*. Ad utrumque latus et anteriora versus capitulum ossis humeri et articulus inter humerum et scapulam (*g. e.*), posteriora versus autem margo superior et spina scapulae (*g.*).

A. A. Insertio sternalis musculorum sternocleidomastoideorum involucro fibroso (ex fascia cervicali) munita. — *B. B.* Mm. pectorales majores involucro fibrocelluloso (ex fascia pectorali) inclusi. — *C. C.* Mm. pectoralis minores in sacco fibroso (ex fascia thoracicoclaviculari) inclusi. — *D. D.* Pars superior mm. coracobrachialium et portionis brevis mm. bicipitum brachii in sacco communi tendineo (ex fascia brachiali) inclusi. — *E. E.* Mm. deltoidei cum involucro tendineo ex fascia brachiali. — *F'. F'.* Mm. subclavii. — *F. F.* Mm. infraspinati. — *G. G.* Mm. supraspinati. — *H. H.* Mm. subscapulares. — *K. K.* Portiones superiores mm. serratorum anteriorum majorum

et insertio inferior mm. scalenorum posticorum. Fibrae utriusque musculi (serrati et scaleni) confluentes in sectione transversa conspiciuntur. — *L. L.* Mm. cucullares seu trapezii. — *M. M.* Mm. rhomboidei. — *N. N.* Mm. serrati postici superiores. — *O. O.* Mm. levatores anguli scapulae. — *P. P.* Mm. splenii colli. — *Q. Q.* Mm. longissimus dorsi, sacrolumbalis, spinalis dorsi, complexus etc. Omnes hos musculos, qui massam communem in sectione transversa repraesentant, hoc in statu plane non separatos reliqui; probe et destinate autem separatos, sicuti involucra ipsorum fibrosa, in altera parte operis (in fascic. 4°) delineabo. — *R. R.* Mm. intercostales et levatores costarum. — *R'. R'.* Mm. longi colli et recti anteriores capitis. — *S. S.* Mm. sternohyoidei et sternothyreoidei. — *T. T.* Mm. scaleni anteriores prope insertionem ipsorum ad costam 1$^{am.}$ — *a.* Lamina anterior seu superficialis fasciae cervicalis. — *α. α.* Portio superior tendinis mm. teretis majoris et latissimi dorsi. — *b. b.* Tendo capitis longi m. bicipitis brachii. — *c. c.* Margo superior capitulorum utriusque claviculae. — *d. d.* Capita ossium humeri: in dextro latere ad 1 pollic. fere infra tuberculum majus sub angulo acuto, in sinistro vero latere fere sub angulo recto ad axem ossis totius, interque anatomicum et chirurgicum collum humeri dissecta. — *e. e.* Cavitas glenoidea scapulae. In sinistro latere sectio propius ad marginem ejus inferiorem, in dextro vero latere fere per mediam ipsius partem ducta est. — *f. f.* Spinae scapularum. — *g. g.* Fossa supraspinata et margo superior scapulae. — *h. h.* Costa 1$^{a.}$ — *i. i.* Margo posterior costae 2$^{ae.}$ — *k.* Plaga fibrocartilaginea inter vertebram dorsi 1^{am} et 2^{am} propius ad marginem ejus inferiorem dissecta. — *l. l.* Processus transversi vertebrae dorsi 2$^{ae.}$ — *m. m.* Margo posterior costae 2^{ae} prope ad capitulum ejus dissectus. — *n. n.* Apices sacci pleurae costalis utriusque lateris. Frustulum liquoris serosi congelati, quod continebant, remotum est, quo facto facies concava apicis conspicitur. — *o'. p'.* Dura meninx medullae spinalis fluido cerebrospinali repleta et medulla spinalis. — *a. a.* Excavatio subcutanea fossae jugulari respondens. — *b. b.* Lamina profunda fasciae cervicalis faciem anteriorem mm. sternothyreoideorum et sternohyoideorum tegens. — *c. c.* Alia pars hujus laminae faciem posteriorem harum musculorum tegens. — *o.* Spatium cellulare interaponeuroticum jugulare, inter utramque laminam fasciae cervicalis (superficialem et profundam) situm. — *p.* Aliud spatium cellulare subaponeuroticum aut profundum, sub musculis sternohyoideis et sternothyreoideis situm. — *q.* Spatium cellulare costoclaviculare, scilicet inter costam primam et claviculam jacens. — *1. 1. 1.* Rami venae jugularis anterioris, qui cum v. subclavia communicantur, in spatio cellulari interaponeurotico decurrentes. — *2. 2.* Plexus venarum thyreoidearum inferiorum in spatio cellulari subaponeurotico situs. — *3.* Truncus brachiocephalicus seu innominatus, proxime

infra bifurcationem ipsius in art. carotidem dextram et subclaviam dextram sectus. — *4*. Truncus art. carotidis sinistrae communis. — *5*. Portio ascendens trunci art. subclaviae sinistrae, scilicet ante transitum ipsius inter mm. scalenos sita. — *6*. Trachea. — *7*. Oesophagus. — *8*. *8*. Nervi pneumogastrici seu vagi dexter et sinister. — *9*. *9*. Nervi recurrentes aut laryngei inferiores utriusque lateris; n. recurrens dextri lateris paullo supra ansam, quam circa truncum art. subclaviae dextrae format, percisus. — *10.10.11*. Ramuli n. sympathici ex ganglio cervicali medio circa marginem externum trunci innominati interque carotidem et subclaviam sinistram dispersi. — *12*. Ductus thoracicus. — *13.13*. Bulbus vv. jugularium internarum et pars anguli venosi quem confluxus v. jugularis internae cum v. subclavia prodit. — *14.14*. Art. mammariae internae. — *15*. Vena mammaria interna dextra; sinistra autem tanquam appendix caudiformis venae subclaviae sectae conspicitur. — *16*. *16*. Nervi phrenici. — *16'*. *16'*. Venae cephalicae. — *17*. *17*. Truncus et rami arteriae acromialis. — *18*. *18*. Nervi thoracici anteriores et posteriores (rami supraclaviculares plexus brachialis). — *19*. *19*. Trunci aa. subclaviarum (dextrae et sinistrae) post transitum inter scalenos modo obliquo percisi. — *20*. *21*. Art. transversa scapulae in duobus locis (punctis) percisa. — *22*. Par 5um nervorum cervicalium (ad plexum brachialem) sinistri lateris. — *23*. Par 6um nervorum cervicalium (ad plex. brach.) sinistri lateris. — *24*. Ramus communicans inter par 6 et 7 nn. cervicalium ejusdem lateris. — *25*. Par 7 nn. cervicalium (ad plex. brach.) sinistri lateris. — *26*. Par 8m nn. cervicalium una cum pari 1o nn. dorsalium ejusdem lateris, quae omnia ad constituendum plexum brachialem connectuntur. — In latere dextro autem sectio proxime infra nexum rami communicantis (*5*), inter par 6 et 7 nn. cervicalium, ducta est, ita ut solummodo quatuor trunci nervorum plexum brachialem constituentium percisi sint; par nimirum 5 (*22*.), par 6, (*23*.) par 7, (*24*.) par 8 una cum pari 1o nn. dorsalium (*25*). — *27*. N. thoracicus longus aut respiratorius thoracis Bellii inter m. subscapularem et m. serratum anticum majorem decurrens. — *28*. Ramus muscularis art. subscapularis. — *29*. Art. et v. circumflexa scapulae (rami vasorum subscapularium). — *30*. Fasciculus ramulorum muscularium n. infraspinati (ex plexu brachiali). — *31*. Ramus muscularis art. thoracicae longae sinistrae, qui in latere dextro (numero non designatus) insignior esse conspicitur. — *31'* Ramus supracostalis. — *32*. *32*. Ganglion cervicale inferius n. sympathici.

Fig. 2. Sectio transversa thoracis virilis per marginem inferiorem articulationis sternoclavicularis utriusque lateris ducta. Limites sectionis: versus anteriora pars inferior articulationis sternoclavicularis, capitula clavicularum et costa

prima. Versus posteriora: margo superior corporis vertebrae dorsi 2ae et margo posterior costae 2ae duobus locis percisae. Ad latus dextrum scapula prope radicem acromii et in media parte cavitatis glenoideae, ad latus sinistrum autem articulatio scapulo-humeralis prope ad marginem inferiorem cavitatis glenoideae persecta. (Humerus dexter in cadavere congelato magis elevatus et a thorace abductus erat, quam sinister.)

Facies inferior segmenti. Pectus cadaveris versus anteriora spectat et dextrum cadaveris latus etiam dextro lateri spectatoris respondet:

A. A. Mm. pectorales majores. — *B. B.* Mm. pectorales minores. — *C. C.* Caput breve mm. bicipitum simul cum mm. coracobrachialibus. — *D. D.* Mm. deltoidei. — *E. E.* Mm. supraspinati. — *F. F.* Fasciculus secundus mm. serratorum anteriorum majorum. — *F'. F'.* Mm. subclavii. — *G. G.* Mm. infraspinati. — *H. H.* Mm. subscapulares. — *K. K.* Mm. trapezii. — *L. L.* Mm. rhomboidei cum nonnullis fibrillis mm. levatorum anguli scapulae. — *M. M.* Mm. serrati postici superiores. — *N. N.* Mm. longissimi dorsi et sacrolumbales. — *O. O.* Massa communis mm. complexi, spinalis dorsi etc. — *P. P.* Mm. splenii colli. — *Q. Q. R. R.* Mm. intercostales externi et interni nec non mm. levatores costarum. — *S. S.* Mm. sternohyoidei et sternothyreoidei. — *a. a.* Tendo portionis longae m. bicipitis vagina praedita. — *a'.* Insertio tendinis communis mm. teretis majoris et latissimi dorsi. — *b. b.* Margo inferior articulationis sternoclavicularis. — *c. c.* Margo inferior capituli claviculae. — *d. d.* Caput ossis humeri. — *dd. dd.* Margo inferior membranae capsularis articuli scapulo-humeralis. — *e. e.* Cavitas glenoidea. — *f. f.* Spina scapulae (in latere dextro vero radix processus acromii). — *g. g* Margo internus scapulae infra angulum ejus superiorem internum persectus. — *h. h.* Costa prima. (Inter litt. *h.* et *14.* fibrae nonnullae insertionis m. scaleni antici ad costam hanc conspiciuntur.) — *i. i.* Costa secunda. — *k.* Margo superior corporis vertebrae dorsi 2ae. — *l. l.* Processus transversi ejusdem vertebrae. — *m. m.* Capitulum costae 2ae. — *n. n.* Apices utriusque pulmonis pleura pulmonali atque costali vestiti. — *o.* Canalis spinalis. — *p.* Dura meninx medullae spinalis. — *q.* Spatium interclaviculare. — *s.* Spatium cellulare excavationi subclaviculari respondens, vasa axillaria et nervos plexus brachialis continens. — *1. 1.* Venae cephalicae, hac in regione propius ad superficiem corporis, quam in altera sectione (fig. 1) decurrentes. — *2.* Truncus venae thyreoideae inferioris. — *3.* Truncus innominatus seu brachiocephalicus. — *4.* Truncus art. carotidis sinistrae communis. — *5.* Truncus art. subclaviae sinistrae. — *6.* Trachea. — *7.* Oesophagus. — *8. 8.* Nervus vagus seu pneumogastricus utriusque lateris. — *9.* N. recurrens

sinister; dexter autem non conspicitur, quum sectio infra originem ipsius infraque ansam, quam circa truncum art. subclaviae dextrae format, facta sit. — *10. 11.* Ramuli n. sympathici (ex ganglio cervicali medio) ad plexus pulmonalem et cardiacum. — *12.* Ductus thoracicus. — *13. 13.* Confluxus vv. jugularium internarum et vv. subclaviarum cum vv. anonymis utriusque lateris. — *14. 14.* Arteriae mammariae internae. Prope *14* nonnullae fibrae m. scaleni antici (numero non adnotatae) conspiciuntur. — *15.* Vena mammaria interna sinistra. — *16. 16.* Nervi phrenici. — *17. 17.* Truncus arteriae acromialis supra et infra m. pectoralem minorem persectus. — *18. 18.* Nervi thoracici anteriores et posteriores. — *19. 19.* Art. axillaris in excavatione subclaviculari, sub m. pectorali minore prope ad costam 1am decurrens et vagina propria inclusa. — *20. 20.* Ramus art. subscapularis. — *22. 23. 24. 25.* Rami plexus brachialis. — *27. 27.* Nervi thoracici externi. — *28. 28.* Rami musculares art. subscapularis. — *29. 29.* Vena circumflexa scapulae. — *30.* N. infraspinatus (ramus plexus brachialis). — *31. 31.* Art. et n. intercostalis. — *32. 32.* Ganglion n. sympathici spinale primum.

Tab. 2. Quatuor sectiones transversas thoracis repraesentat, quarum duae (fig. 1, 2, 3) partim per articulationem sternoclavicularem, partim per cartilagines costarum primarum ductae sunt. Tres imagines organa cavo thoracis inclusa tuberculosi et pneumothorace affecta effingunt. Una sectio (fig. 4) partim per cartilagines costarum primarum, partim per spatium musculare inter costam 1am et 2am facta est.

Fig. 1 et 2. Sectio transversa per marginem inferiorem articuli sternoclavicularis et per cartilagines costarum primarum ducta. Thorax juvenis 18 annorum. Scapulae, humeri et musculi thoracis remoti. Accretio pleurae pulmonalis ad costalem; infiltratio tuberculosa utriusque pulmonis. Cavernae tuberculosae enormis magnitudinis in lobo superiore pulmonis sinistri. Latus sinistrum thoracis magis collapsum, quam dextrum. Ossa quibus limites laminae sectae determinantur sunt: ab anterioribus cartilagines costarum primarum et particula capitis claviculae; posteriora versus: corpus vertebrae dorsi 4ae et capitulum costae 4ae; ex utroque latere: costae 1, 2, 3 et 4a.

Fig. 1 et 2. Faciem superiorem laminae sectae demonstrant: *A.* Os sterni et *B. B.* cartilagines costarum primarum cum parvo frustulo costae ipsius. — *C.* Costa 2a. — *D.* Costa 3a. — *E.* Costa 4a. — *F.* Costa 4a. —

G. Corpus vertebrae dorsi 3ae ad 3 lin. Par. infra fibrocartilaginem intervertebralem persectae. — *H*. *H*. Processus transversi vertebrae dorsi 4ae. — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi 3ae. — *K*. *K*. Margo inferior capitulorum utriusque claviculae in capsula articulari adhuc inclusus. — *L*. Musculi sternothyreoidei et sternohyoidei. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis accreta lateris dextri. — *b*. *b*. *b*. Pleura costalis lateris sinistri. — *b'*. *b''*. Pleura pulmonalis sinistra. In nonnullis locis (inter *b'* et *b''*) inter utramque pleuram interstitia adsunt, (*d*. *d*.) quae humorem exsudatum gelatiniformem continent. — *c*. Mediastinum aut spatium inter margines anteriores utriusque pleurae costalis interque os sterni et columnam vertebralem. In hac regione nullum adhuc discrimen mediastini anterioris et posterioris adest. Textus cellulosus spatium hoc implens et partes illo inclusas jungens, etiam exsudationis ope plasticae fibrinosae inspissatus et induratus cernitur. — *e*. *e'*. *e'*. Cavernae et cavernulae ex parte aëre, ex parte pure tuberculoso impletae, variae magnitudinis et totum apicem praecipue sinistri pulmonis occupantes. — *f*. Dura menінx medullae spinalis. — *g*. Medulla spinalis. — *1*. Vena innominata sinistra. — *2*. Vena innominata dextra. — *3*. Truncus anonymus seu brachiocephalicus et *4*. Truncus art. carotidis communis sinistrae, in vicino infra originem ipsorum ex arcu aortae persectus. — *5*. Arteria subclavia sinistra. — *6*. Trachea. — *O*. Oesophagus.

Fig. 3. Sectio transversa per marginem inferiorem articuli sternoclavicularis et per cartilagines costarum primarum. Thorax viri adulti, qui pneumothorace lateris sinistri, recenter formato, laboraverat; cavum pleurae hujusce lateris simul cum aëre humorem exsudatum purulentum in parva quantitate continet. Apex pulmonis sinistri, aëre fortissime compressi, hac in sectione nondum conspicitur. Latus sinistrum thoracis distensum. Mediastinum in hac regione nonnihil dextrorsum inclinatum. Frustulum pulmonis dextri congelati remotum. Limites sectionis: ad utrumque latus costa 1, 2 et 3; versus posteriora margo inferior corporis vertebrae dorsi 2ae.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. *B*. Cartilago costae primae. — *C*. Costa 2a. — *D*. Costa 3a. — *E*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 2ae, nec non frustulum fibrocartilaginis intervertebralis (inter vertebram 2 et 3). — *F*. Processus transversi vertebrae dorsi 3ae. — *G*. Processus obliqui vertebrae dorsi 2ae. — *H*. Processus spinosus vertebrae dorsi 2ae. — *K*. Margo posterior et inferior capituli claviculae, capsula articulari etiamnunc inclusus. — *a*. Portio sternalis membranae capsularis articuli sternoclavicularis. — *b*. Portio clavicularis ejusdem membranae. — *c*. Cartilago

interarticularis. — *d*. Spatium interaponevroticum jugulare (inter utramque laminam, superficialem et profundam, fasciae cervicalis situm). — *f*. Lamina superficialis fasciae cervicalis. — *g*. Pars laminae profundae ejusdem fasciae, quae mm. sternothyreoideos et sternohyoideos tegit. — *h*. Pars ejusdem laminae profundae, quae his musculis tecta est. — *i.i.i*. Pleura costalis. — *k*. Mediastinum. — *k*. *l*. Dura meninx medullae spinalis, nec non medulla spinalis ipsa. — *1*. Vena innominata dextra. — *2*. V. innominata sinistra. — *3*. V. thyreoidea inferior. — *4*. Truncus innominatus seu brachiocephalicus. — *5*. Carotis communis sinistra. — *6*. Art. subclavia sinistra. — *7*. Trachea. — *8*. Oesophagus. — *9*. *9*. Art. mammaria interna. — *10*. Nervi phrenici. — *10'*. Ramuli nervi sympathici magni ad plexum cardiacum. — *11*. N. vagus dexter. — *12*. — N. vagus sinister. — *13*. N. recurrens sinister; dexter jam supra sectionem relictus. — *14*. *15*. *16*. Ramuli n. sympathici ex ganglio medio ad plexum cardiacum et pulmonalem. — *17*. Ductus thoracicus. — *18*. *18*. Ganglion spinale 1um nervi sympathici. — *α*. Ganglia lymphatica.

Fig. 4. Sectio transversa partim per cartilagines costarum primarum, partim per spatia muscularia inter costam 1am et 2am ducta. — Limites sectionis ad utrumque latus: costae 1, 2, 3 et 4; posteriores: margo superior corporis vertebrae 4ae. Thorax juvenis 16 annorum. Exsudatum serosum in parva quantitate partem posteram cavi thoracis solummodo occupans. Pulmones in statu normali.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni et *B*. Frustulum cartilaginis costae primae. — *C*. Costa 2a. — *D*. Costa 3a. — *E*. Costa 4a. — *F*. Frustulum capituli costae 4ae. — *G*. *H*. Margo superior corporis vertebrae 4ae prope infra cartilaginem intervertebralem cum frustulo cartilaginis ipsius (quae vertebram 3 dorsi cum 4 conjungit). — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi 4ae. — *K*. Corpus scapulae infra spinam ipsius resectae. — *L*. Capitulum ossis humeri. — *M*. Spatium axillare, vasa axillaria et nervos ex plexu brachiali continens. — *a*. *a*. Mm. sternothyreoidei et sternohyoidei. — *b*. *b*. *b*. Pleura costalis et pulmonalis. — *b'*. *b''*. Interstitia parva inter pleuram costalem et pulmonalem, liquore seroso *c*. impleta. — *d*. Mediastinum. — *e*. *e*. Ganglia lymphatica mediastini. — *f*. *g*. Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Confluxus venarum innominatarum (dextrae et sinistrae) ad venam cavam superiorem formandam. — *2*. Particula parietis convexi arcus aortae, originem trunci anonymi et carotidis sinistrae continens. — *3*. Art. subclavia sinistra. —

4. Trachea. — *5*. Oesophagus. — *6*. Nervi phrenici. — *7*. N. vagus dexter. — *8*. N. vagus sinister. — *9*. Ramus n. sympathici. — *10*. N. recurrens sinister. — *11*. Ductus thoracicus. — *12*. *12*. Ganglia spinalia n. sympathici. — *13*. Vena intercostalis superior.

Tab. 3. Sectiones thoracis transversas per spatium musculare inter costam 1am et 2am ductas, effingit. Duae sectiones in thorace sano aut fere sano, una autem in thorace aëre extenso (pneumothorace) factae sunt.

Fig. 1. Limites sectionis anteriora versus: media fere pars spatii intercostalis primi; ad utrumque latus: costae 2a, 3a et 4a; posteriora versus margo superior corporis vertebrae dorsi 4ae. Thorax juvenis 16 annorum. Pulmones ad pleuram accreti, ceterum in statu normali. Partes musculares cum scapulis a thorace remotae.

Facies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 2a. — *C*. Costa 3a. — *D*. Costa 4a. — *E*. Capitulum costae 4ae. — *F*. Corpus vertebrae dorsi 4ae ad 2 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram hanc cum 4 jungit, dissectum. — *G*. Arcus vertebrae dorsi 4ae. — *H*. Processus spinosus vertebrae dorsi 3ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura pulmonalis utriusque lateris, lobos superiores pulmonum tegens. — *b*. Vestigium glandulae thymi. — *c*. Margo anterior mediastini, aut distantia inter margines anteriores utriusque pulmonis. — *c'*. Margo posterior mediastini, aut distantia inter margines posteriores utriusque pulmonis. — *d*. Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior, ad lin. Par. 3 infra finem vv. innominatarum dissecta. — *2*. Arcus aortae ad lin. Par. 2½ infra originem trium arteriarum principalium colli dissectus. — *3*. Oesophagus. — *4*. Trachea. — *5*. Vasa mammaria interna. — *6*. *6*. Nervi phrenici. — *7*. *7*. N. vagus dexter et sinister. — *8*. N. recurrens sinister. — *9*. Ductus thoracicus dilatatus et incrassatus. — *10*. Rami communicantes ganglii spinalis 2i nervi sympathici.

Fig. 2. Sectio transversa per spatium intercostale primum et per marginem inferiorem corporis vertebrae dorsi 3ae (ad 2 lin. Par. supra fibrocartilaginem intervertebralem) instituta. Thorax viri, qui pneumothorace lateris sinistri laboraverat (conf. Tab. 2, fig. 3).

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 3ae ad 2 lin. Par. supra fibrocartilaginem, quae vertebram 3

cum 4 jungit persectae. — *C. C.* Processus obliqui vertebrae dorsi 3ae. — *D.* Processus spinosus vertebrae dorsi 3ae. — *a. a. a.* Laminae pleurarum costalium utriusque lateris, quae ad formandum mediastinum inserviunt. — *b.* spatium cellulare mediastini et simul distantiam marginis anterioris unius pleurae costalis ab altera designat. — *c.* Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1.* Vena cava superior. — *2.* Paries superior aut convexus apicis arcus aortae cum tribus orificiis arteriarum principalium colli (trunci anonymi, carotidis sinistrae et subclaviae sinistrae). — *3.* Trachea. — *4.* Oesophagus. — *5.* Vena azygos obliquo modo percisa. — *6. 6.* Nn. phrenici. — *7. 7.* Nn. vagi seu pneumogastrici. — *8.* N. recurrens sinister. — *9.* Ramus nervi sympathici ad plexum cardiacum. — *10.* Ductus thoracicus. — *11. 11. 11.* Ganglia lymphatica. — *12. 12.* Ganglion spinale tertium n. sympathici. — *13.* Vasa mammaria interna.

Fig. 3. Sectio transversa per spatium intercostale primum, per costas 2am 3am, 4am et 5am et per corpus vertebrae dorsi 4ae ducta. Thorax juvenis 16 annornm. Accumulatio liquoris serosi in parte posteriore sacci pleurae sinistrae, nec non oedema acutum pulmonis in leviori gradu.

Facies superior sectionis: *A.* Os sterni cum frustulis cartilaginis costae 2ae. — *B.* Costa 2a. — *C.* Costa 3a. — *D.* Costa 4a. — *E.* Margo superior capituli costae 5ae. — *F.* Media pars corporis vertebrae dorsi 4ae. — *G.* Processus obliqui vertebrae dorsi 5ae. — *H.* Processus spinosus vertebrae dorsi 4ae. — *I.* Os humeri. — *K.* Scapula paullo infra spinam persecta. — *a. a. a.* Pleura costalis utriusque lateris. — *a'. a'. a'.* Pleura pulmonalis utriusque lateris. — *a''.* Interstitium inter pleuram costalem et pulmonalem in postera parte thoracis humore exsudato seroso repletum. Hoc in loco superficies convexa pulmonis a pressione liquoris in concavam mutata. — *b.* Lobus superior pulmonis dextri. — *b'.* Lobus superior pulmonis sinistri et margo superior et posterior lobi inferioris. — *c.* (littera non bene expressa) mediastinum aut distantia inter margines anteriores utriusque pulmonis. — *d.* Cavum durae meningis medullae spinalis, liquore seroso repletum. — *l.* M. pectoralis major. — *m.* M. pectoralis minor. — *n.* M. coraco-brachialis et portio brevis m. bicipitis brachii. — *o.* M. deltoideus. — *p.* Tendo portionis longi m. bicipitis. — *q.* M. triceps brachii. — *r.* M. subscapularis. — *s.* M. infraspinatus. — *t.* M. teres minor. — *u.* M. serratus anticus major. — *w.* M. latissimus dorsi. — *v.* M. sacrolumbalis. — *x.* M. trapezius. — *y. y.* Mm. intercostales. — *z.* Insertio inferior mm. sternothyreoideorum (qui inferius, quam mm. sternohyoidei, ad cartilaginem costae 1ae, inseruntur). — *1. 1.* Vasa mammaria interna. —

1'. Vena mammaria interna dextra infra influxum ipsius in v. innominatam percisa. — *2*. Vena cava superior prope infra introitum vv. innominatarum persecta. — *3*. Arcus aortae prope infra originem trium arteriarum principalium colli percisus. — *4*. Trachea. — *5*. Oesophagus. — *6*. Ductus thoracicus. — 7. N. phrenicus sinister (dexter autem, imagine non expressus, inter pleuram pulmonalem et v. cavam superiorem situs est). — *8*. *8*. Nn. vagi. — *9*. *11*. Ramuli n. sympathici ad plexum cardiacum. — *10*. N. recurrens sinister. — *12*. Ramus communicans n. sympathici inter ganglia spinalia 3 et 4. — *13*. Nn. intercostales. — *14*. Vena axillaris modo obliquo persecta. — *15*. Art. axillaris, quae hac in regione jam art. brachialis est. — *16*. N. radialis. — *17*. N. ulnaris. — *18*. N. medianus. (Nervus numero non designatus, paullo sub *18*. situs, n. coracobrachialis seu perforans Casserii est.) — *19*. Art. radialis ex art. axillari orta. — *20*. Vena cephalica.

Fig. 4. Facies inferior ejusdem sectionis transversae, per spatium intercostale primum et per infimam partem corporis vertebrae dorsi 4ae (et ex parte per cartilaginem intervertebralem) ductae.

a. *a*. Apex pericardii, qui saccum caecum circa aortam ascendentem format. — *b*. Vena cava superior hoc in loco *c*. venam azygeam recipiens, quae ansam circa bronchum dextrum (*d*.) format, secundum longitudinem eo loco, ubi in venam cavam intrat, percisam. — *d*. Trachea paullo supra, quam in bronchos divertat, persecta. Litt. *d*. simul angulum prominentem diversionis designat. — *e*. *e*. *e*. Paries inferior concavus arcus aortae (sectio per apicem arcus ducta est) cum duobus orificiis, quorum alterum in aortam ascendentem, alterum in aortam descendentem ducit. — *e'*. Prominentia in pariete inferiore arcus aortae, qua unum orificium ab altero separatur.

Tab. 4. Quatuor sectiones transversae thoracis juvenis 20 annorum, qui tuberculosi in ultimo stadio laborabat, quarum duae per spatium intercostale primum, duae per cartilaginem costae 2ae factae sunt. Una sectio vero etiam per eandem cartilaginem costae in thorace sano ducta est.

Fig. 1 et 2. Sectio transversa thoracis per spatium intercostale primum et per corpus vertebrae dorsi 4ae (ad 5 — 6 lin. Par. supra fibrocartilaginem, quae vertebram 4 cum 5 jungit). Thorax juvenis 20 annorum, qui tuberculosi (in ultimo stadio) laborabat. Non modo pulmo uterque infiltratione et cavernis tuberculosis obsitus, sed etiam textus cellulosus mediastini cum pleuris costalibus et cum aliis partibus vicinis exsudationis ope solidissime coalitus.

Fig. 1 facies superior; et fig. 2 facies inferior ejusdem sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Spatium intercostale primum. — *C*. Costa 2a. — *D*. Costa 3a. — *E*. Costa 4a. — *F*. Costa 5a. — *G*. Corpus vertebrae dorsi 4ae ad 2 lin. Par. infra fibrocartilaginem, quae vertebram 3am cum 4 jungit, persectum. — *H*. Processus obliquus vertebrae dorsi 5ae. — *I*. Processus obliquus vertebrae dorsi 4ae. — *K*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Paries anterior et lateralis pleurae costalis sinistrae. — *a'*. *a'*. *a'*. Idem margo pleurae pulmonalis marginem anteriorem lobi superioris pulmonis sinistri tegens. Utraque pleura in *a''*. lamellam unam concreta; in *a'''*. *a''''*. denuo separata — *b*. *b*. Pleura costalis dextra. — *b'*. *b'*. Pleura pulmonalis dextra in nonnullis locis etiam humore exsudato seroso (*d*.) a pleura costali remota. — *c*. Mediastinum, textum cellulosum densum, incrassatum et cum partibus vicinis coalitum continens. — *d*. *d*. Liquor gelatiniformis inter pleuram costalem et pulmonalem accumulatus. — *e*. *e'*. *e'*. Cavernae tuberculosae variae magnitudinis in utroque pulmone. — *f*. Dura meninx et *g*. medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior in loco, ubi vv. innominatas recipit, persecta. — *2*. Arcus aortae in parte media in duas portiones: superam (convexam) et inferam (concavam) divisus. In hac sectione portio superior aut convexa arcus simul cum tribus orificiis arteriarum colli principalium conspicitur. — *3*. Trachea. — *4*. Oesophagus. — *5*. Vena azygos. — *6*. *6*. Ganglia lymphatica mediastini.

In fig. 2 *e*. *e*. Apex pericardii saccum caecum circa aortam ascendentem formans. — *2*. Portio inferior concava arcus aortae cum exitu aortae ascendentis et introitu aortae descendentis.

Fig. 3. Sectio transversa per marginem superiorem cartilaginis costae 2ae et per corpus vertebrae dorsi 5ae ducta. Thorax viri nullo morbo affectus.

Facies sectionis superior. *A*. *A*. Margo superior cartilaginis costae 2æ. — *B*. Costa prima. — *C*. Corpus vertebrae dorsi 5ae ad 1½ lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram 4am cum 5 jungit, persectum. — *D*. Processus obliquus vertebrae dorsi 5ae. — *E*. Processus obliquus vertebrae dorsi 6ae. — *F*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a'*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis lateris sinistri pulmonem obtegens, qui paullo supra hilum persectus est. — *b*. Pleura costalis et pulmonalis lateris dextri. — *b'*. Transitus pleurae costalis dextrae in pleuram pulmonalem, lobum superiorem pulmonis dextri tegentem, et plica pleurae anterior. — *b''*. Transitus pleurae costalis in pleuram pulmonalem, lobum inferiorem pulmonis dextri tegentem. Pulmo hujusce lateris prope infra hilum aut introitum bronchi dextri (*3*.) in textum pulmonalem persectus est. — *c*. Mediastinum. — *d*. *d*. *d*. Apex pericardii ad 6 lin. Par. infra partem ipsius supremam (saccum caecum)

persectus. Duplicatura pericardii, quae aortam ascendentem circumcingit et inter hanc et venam cavam superiorem continuatur. — *e*. Dura meninx medullae spinalis. — *f*. Medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior. — *2*. Aorta ascendens paullo infra initium arcus aortae persecta. — *3*. Bronchus dexter in directione obliqua, *4*. et *6*. bronchus sinister in directione transversa persectus. Inter utrumque bronchum angulus divisionis tracheae conspicitur. — *5*. Oesophagus. — *6*. Vena azygos. — *7*. Transitus arcus aortae in aortam descendentem. Interstitium inter orificia aortae ascendentis (*2*.) et descendentis (*7*.), textu celluloso tectum, parieti concavo aut inferiori arcus aortae respondet.

Fig. 4 et 5. Sectio transversa per marginem superiorem cartilaginis costae 2ae. per costas et per marginem inferiorem vertebrae dorsi 5ae. Thorax ex juvene 20 annorum tuberculosi affecto (comp. fig. 1 et 2).

Fig. 4 faciem superiorem et fig. 5 faciem inferiorem ejusdem sectionis ostendit. Notatu praecipue digna est flexuosissima directio marginis anterolateralis pleurae costalis, nec non distantia ipsius a pericardio, quod exsudationis causa gelatiniformis in textu celluloso mediastini, a pleura costali perfecte separatum est.

A. Os sterni. — *B*. Margo superior cartilaginis costae 2ae. — *C*. Costa 3a. — *D*. Costa 4a. — *E*. Costa 5a. — *F*. Costa 6a. — *G*. Capitulum costae 6ae. — *H*. Margo inferior corporis vertebrae 5ae (in fig. 5 simul cum frustulo cartilaginis, qui vertebram dorsi 5 cum 6 jungit). — *I*. Processus obliquus vertebrae dorsi 6ae (in fig. 5 processus transversus vertebrae dorsi 6ae). — *K*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. Margo anterolateralis pleurae costalis sinistrae. — *a'*. *a'*. Pleura pulmonalis dextra marginem anteriorem pulmonis sinistri tegens. Utraque pleura costalis exsudato fibrinoso separatur, flexuosissimam directionem habet et cum textu celluloso mediastini incrassato coalita est. — *a''*. *a''*. *a''*. Pleura pulmonalis pleurae costali adjacens et in *a'''*. *a'''*. *a'''* tam accreta, ut duplicaturae pleurae aut transitus pleurae costalis in pulmonalem circa hilum pulmonis distingui non possit. Etiam in latere dextro similis adhaesionis pleurarum causa transitus pleurae costalis in pulmonalem, sicuti hoc in statu normali locum habet, (adspice in fig. 3) in *b'*. *b'*. non conspicitur. — *c*. Mediastinum, cujus textus cellulosus incrassatus et cum partibus eo inclusis firmiter coalitus est. — *d*. Interstitium intermarginem antero lateralem pleurae costalis et pulmonalis, exsudatione fibrinosa gelatiniformi impletum. — *e*. *e*. *e'*. *e'*. Cavernae tuberculosae variae magnitudinis in utroque pulmone. — *f*. *f*. Saccus pericardii liquorem serosum congelatum continens. Duplicaturae aut plicae sacci hujusce

in *f'''* circa arteriam pulmonalem, in *g* inter hanc arteriam et aortam ascendentem, in *f.* inter venam cavam superiorem et aortam ascendentem. — *h. i.* Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1.* Vena cava superior paullo infra introitum venae azygos dissecta. — *2.* Aorta ascendens. — *3.* Paries superior convexus trunci arteriae pulmonalis. — *4.* Bronchus dexter. — *5.* Bronchus sinister. Uterque bronchus ad lin. 1 Par. infra bifurcationem tracheae persectus. — *6.* Aorta descendens. — 7. Vena hemiazygos. — *8.* V. azygos. — *9.* Oesophagus. — *10. 10. 10.* Ganglia lymphatica. — In fig. 5 paries superior convexus arteriae pulmonalis (litt. *3.*) eo in loco persectus est, ubi truncus hic arterialis in ramum dextrum et sinistrum diffinditur. Ramus dexter arteriae pulmonalis sub litt. *11.* et *12.* ex parte solummodo sectione apertus est (in *12.*).

Tab. 5. Sectio transversalis per spatium intercostale secundum (inter cartilagines costarum 2ae et 3ae) ducta. Duae imagines hujus tabulae (fig. 1 et 2) sectiones transversas per marginem superiorem spatii intercostalis secundi; duae (fig. 1 et 4) easdem sectiones per medium spatii, et una denique (fig. 5) sectionem per marginem inferiorem spatii ductam repraesentant. Una sectione excepta (fig. 4), reliquae omnes in thorace sano hominis adulti factae sunt.

Fig. 1. Sectio transversa partim per cartilaginem costae secundae, partim per marginem superiorem spatii intercostalis secundi, per costas 2am, 3, 4, 5am et per marginem superiorem corporis vertebrae 5ae ducta. Thorax juvenis 16 annorum. Status organorum respirationis et circulationis, excepta quadam adhaesione pulmonum cum pleura, perfecte normalis.

Facies superior sectionis: *A.* Os sterni. — *B.* Margo inferior cartilaginis costae 2ae. — *C.* Capitulum costae 5ae. — *D.* Margo superior corporis vertebrae dorsi 5ae, in vicino infra cartilaginem intervertebralem (quae vertebram 4am cum 5 jungit) persectus. — *E.* Processus transversus vertebrae dorsi 5ae. — *F.* Processus spinosus vertebrae dorsi 4ae. — *a. a. a.* Pleura pulmonalis utriusque lateris, lobos superiores pulmonum (dextri et sinistri), qui supra hilum (ergo supra transitum pleurae costalis in pulmonalem), persecti sunt, tegens. — *a'. a'. a'.* Pleura costalis utriusque lateris. — *b.* Mediastinum, rudimenta glandulae thymi continens et formam triangularem, sicuti in Tab. 3, fig. 1, referens. — *c.* Apex pericardii, qui saccum parvum caecum offert et *c'. c''. c''.* plicae instar supra aortam ascendentem revolvitur. — *d.* Stratum liquoris serosi congelati in cavo pericardii, quod pressionem in parietem aortae ascendentis exercet; hac ex causa aorta ascendens (ad $9\frac{1}{2}$ lin. Par.

supra valvulas semilunares persecta) aspectum non rotundi, sed semilunaris potius orificii habet. — *e*. *f*. Dura meninx et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior. — *2*. *3*. Vena azygos, in loco circa bronchum dextrum, ubi in venam cavam sub ansae forma intrat, secundum diametrum illius longitudinalem persecta, et sulci instar circum bronchum dextrum decurrens. — *4*. Aorta descendens. — *5*. Oesophagus. — *6*. Angulus bifurcationis tracheae in bronchos. — 7. Ganglion lymphaticum.

Fig. 2. Sectio transversa per marginem superiorem spatii intercostalis secundi (inter cartilagines costarum 2 et 3) per costam 3^am^, 4, 5, 6^am^ et per fibrocartilaginem, quae vertebram dorsi 5^am^ cum 6 jungit, ducta. Thorax juvenis 17 annorum. Organa respirationis et circulationis in statu plane normali.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 3^ia.^ — *C*. Costa 4^a.^ — *D*. Costa 5^a.^ — *E*. Costa 6^a.^ — *F*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 5^am^ cum 6 jungit, fere in medio persecta. — *G*. Processus transversi vertebrae dorsi 6^ae.^ — *H*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5^ae.^ — *I*. Scapula ad 2 pollices Par. infra spinam dissecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. Plicae pleurae posteriores aut transitus pleurae costalis in pulmonalem, circa posteriorem faciem hili pulmonum utriusque lateris. — *a''*. *a''*. Plicae seu duplicaturae anteriores aut transitus pleurae costalis in pulmonalem circa anteriorem partem hili utriusque pulmonis. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis utriusque pulmonis. — *b*. *b*. Lobi superiores pulmonum utriusque lateris cum incisura, quae hos lobos a *c*. *c*. mediis (in pulmone dextro) et ab inferioribus (in pulmone sinistro) dividit. — *d*. Mediastinum, quod hac in regione propter parvam distantiam marginis anterioris unius pulmonis ab altero (*a'''*. *a'''*.) formam perfecte triangularem refert et rudimenta glandulae thymi continet. — *e*. *e*. Saccus pericardii cum plicis aut duplicaturis circa arteriam pulmonalem, inter hanc arteriam et aortam ascendentem et inter aortam et venam cavam superiorem. — *f*. Cavum pericardii liquore seroso (congelato) impletum. — *1*. Vena cava superior infra introitum venae azygos secta. — *2*. Aorta ascendens ad 10 lin. Par. infra originem trium arteriarum principalium colli secta. — *3*. Arteria pulmonalis in loco bifurcationis ipsius in ramum dextrum et sinistrum persecta. Hic paries superior arteriae conspicitur. — *4*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *5*. Ramus sinister arteriae pulmonalis. — *6*. Bronchus sinister. — 7. Bronchus dexter; uterque in directione obliqua et paullo infra divisionem tracheae persectus. — *8*. Aorta descendens. — *9*. Vena azygos — *10*. Oesophagus. — *11*. Ganglion lymphaticum. — *12*. Vena hemiazygos.

Fig. 3. Sectio transversa per medium spatii intercostalis secundi et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 6ae facta. Thorax juvenis 18 annorum. Organa respirationis in statu normali. Humor serosus (in parva quantitate) in cavo pericardii exsudatus.

Facies superior sectionis. Frustula sanguinis et seri in glaciem transformati ex cavitatibus cordis cautissime (volsellae ope anatomicae) remota sunt, ut partes subjacentes melius in conspectum prodeant. *A*. Os sterni. — *B*. Capitulum costae 6ae. — *C*. Corpus vertebrae dorsalis 6ae ad 1 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem (quae vertebram 5 et 6am jungit) persectum. — *D*. Arcus vertebrae dorsalis 6ae. — *E*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. Duplicatura pleurae anterior aut transitus pleurae costalis (*a''*. *a''*.) in pulmonalem circa hilum pulmonum *a'''*. *a'''*. *a'''*. Duplicatura pleurae posterior. Spatium inter utramque duplicaturam hilus aut radix pulmonis est. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. Mediastinum posterius. — *d*. Pericardium. — *d'*. *d''*. *d'''*. Duplicaturae et continuatio laminae serosae pericardii supra venam cavam superiorem, aortam ascendentem et arteriam pulmonalem. — *e*. Liquor serosus congelatus, cavum pericardii implens. — *f*. Canalis spinalis et *g*. Dura meninx medullae spinalis. — *1*. Vena cava superior. — *2*. Arcus arteriae pulmonalis et bifurcatio ipsius in *3*. ramum dextrum et *4*. ramum sinistrum, quae formam retortae chemicae prae se fert. Circa litt. *d''* rudimentum anguli insertionis duarum valvularum semilunarium art. pulmonalis conspicitur. — *5*. Aorta ascendens. — *6*. Aorta descendens. — *7*. Bronchus sinister et *8*. Bronchus dexter. — *9*. Oesophagus. — *10*. Ganglion lymphaticum nonnihil tumefactum.

Fig. 4. Sectio transversa etiam per medium spatii intercostalis secundi, per costas 3 — 7am et per mediam partem corporis vertebrae dorsi 6ae ducta. Thorax juvenis 20 annorum. Pulmones tuberculis largissime affecti (comp. Tab. 4, fig. 4, 5).

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Media pars spatii intercostalis secundi. — *C*. Costa 3a. — *D*. Costa 4a. — *E*. Costa 5a. — *F*. Costa 6a. — *G*. Capitulum costae 7ae. — *H*. Media pars corporis vertebrae dorsi 6ae ad 3 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem (quae vertebram 5 cum 6 jungit) persecta. — *I*. Processus obliquus vertebrae dorsi 7ae. — *K*. Processus transversus vertebrae dorsi 6ae. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 6ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura pulmonalis utriusque lateris. — *b*. Utraque pleura sinistra in

laminam unicam sparsim concreta. Locus, ubi pleura costalis in pulmonalem sub forma plicae transit, solummodo anteriora versus in latere dextro conspicitur (ad *a''''*); posterior vero duplicatura adhaesionis pathologicae pleurarum causa non conspicitur. — *b. b.* Interstitia parva inter pleuram costalem et pulmonalem liquore seroso impleta. — *c.* Mediastinum anterius. — *c'.* Spatium inter pericardium et pleuram mediastini anterioris, quod in statu normali non existit (quoniam pleura hic pericardio perfecte contigua est), hic autem per exsudationem gelatiniformem laminae hae serosae separatae sunt. — *d. d.* Cavernae tuberculosae. — *e. e.* Lamina parietalis aut fibroserosa pericardii. — *e'.* Transitus laminae hujusce in serosam visceralem aut cardiacam, quae venam cavam superiorem tegit, (*e''.*) inter hanc venam et aortam ascendentem implicatur (*e'''. e''''.*), et *f.* ventriculum dextrum, *f'. f'. f''.* arteriam pulmonalem et atrium sinistrum investit. — *g.* Interstitium inter utramque laminam pericardii (cavum serosum pericardii), liquore seroso impletum. — *h. i.* Dura meninx et medulla spinalis. — *1.* Vena cava superior. — *2.* Pars superior auriculae dextrae. — *3.* Conus arteriosus ventriculi dextri in obliqua directione ad 8 fere lin. Par. infra valvulas semilunares persectus. — *4.5.* Duae valvulae laterales semilunares art. pulmonalis, sanguinis coagulo (quod sub forma frustuli glacialis ventriculum cordis implevit) remoto, supra lineam sectionis simul cum cavo ventriculi dextri in conspectum venientes. — *6.* Angulus insertionis utriusque valvulae semilunaris. — *7.* Ramus arteriae pulmonalis dexter. — *8.* Ramus sinister arteriae pulmonalis ex parte solummodo persectus. — *9.* Aorta ascendens. — *10.* Pars superior auriculae sinistrae. — *11.* Bronchus sinister. — *12.* Bronchus dexter. — *13.* Aorta descendens. — *14.* Oesophagus. — *15.* Vena azygos. — *16.* Ganglion lymphaticum (bronchicum) tumefactum et infiltratione tuberculosa affectum.

Fig. 5. Sectio transversa per marginem inferiorem spatii intercostalis secundi et per mediam fere partem corporis vertebrae dorsi 6ae (ad 4 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 5am cum 6 jungit), ducta. Thorax juvenis 16 annorum. Status cordis et pulmonum normalis. Glandulae bronchicae tuberculosi aliquantulum affectae.

Facies sectionis superior: *A.* Os sterni. — *B.* Pars inferior spatii intercostalis secundi. — *C.* Corpus vertebrae dorsi 6ae in media parte, ad 4 fere lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem (quae vertebram 5am cum 6 jungit) persectum. — *D.* Processus transversi vertebrae dorsi 6ae. — *E.* Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a. a. a.* Pleura costalis. — *a'. a'.* Duplicatura pleurae anterior aut transitus pleurae costalis in pulmo-

nalem circa anteriorem faciem hili pulmonum. — *a''. a''.* Pleura pulmonalis. — *a'''. a'''. a'''.* Duplicatura pleurae posterior aut transitus pleurae costalis in pulmonalem circa faciem posteriorem hili pulmonem. — *b.* Mediastinum anterius. — *c.* Mediastinum posterius. — *d.* Lamina fibroso-serosa pericardii; *d'* transitus ipsius in laminam serosam, quae venam cavam superiorem et auriculam dextram investit, *d'''.* inter hanc venam et aortam ascendentem implicatur et *d''''.* conum arteriosum ventriculi dextri tegit. — *e. e.* Interstitia inter utramque laminam pericardii (cavum pericardii) liquore seroso impleta. — *f.* Dura meninx et medulla spinalis. — *1* Vena cava superior. — *2.* Auricula dextra cordis. — *3.* Conus arteriosus ventriculi dextri inter marginem insertum et liberum valvularum semilunarium obliquo modo persectus. Coagulis sanguineis atque frustulis glaciei remotis cavum coni arteriosi (*5.*) et liber margo duarum solummodo valvularum semilunarium art. pulmonalis, quae nonnullis lineis Par. profundius, quam superficies sectionis jacent, conspiciuntur. Patet igitur, sinum arteriosum in directione obliqua ita persectum esse, ut una valvula (lateralis) in segmento inferiore sectionis intacta maneat, reliquae vero duae (lateris dextra et anterior) inter marginem liberum et accretum divisae sint. — *4.* Angulus insertionis utriusque valvulae semilunaris persectae. — *5.* Cavum coni arteriosi ventriculi dextri. — *6.* Ramus dexter arteriae pulmonalis secundum longitudinem persectus. — *7.* Ramus sinister ex parte solummodo persectus. — *8.* Bulbus aortae ascendentis, formam orificii semilunaris exhibens, compressionis causa, quam in parietes ipsius liquor serosus pericardii exercet, et paullo infra marginem liberum valvularum semilunarium aortae persectus. — *9.* Angulus insertionis duarum valvularum semilunarium aortae. — *10.* Arteria coronaria sinistra cordis. — *11.* Bronchus dexter in directione plane transversa; *12.* bronchus sinister in directione nonnihil obliqua persectus. — *13.* Aorta descendens. — *14.* Oesophagus. — *15.* Vena azygos. — *16.* Glandulae bronchicae tumefactae.

Tab. 6. Sectiones transversas thoracis etiam per spatium intercostale secundum, non quidem in statu normali, sed praesenti varia affectione pathologica organorum respirationis et circulationis ductas illustrat. Ut igitur influxus, quem status organorum thoracis morbosus in situm ipsorum exerceat, melius intelligatur, imagines hujus tabulae cum illis tabulae 5ae comparentur, necesse est.

Fig. 1. Sectio transversa per superiorem marginem spatii intercostalis secundi (propius ad cartilaginem costae 2ae), per costas 3, 4, 5, 6am et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 4ae instituta est. Thorax viri mediae

aetatis. Accumulatio seri in parte posteriore utriusque sacci pleurae satis magna. Hydropericarditis cum insufficientia valvularum semilunarium aortae. Conf. Tab. 13, fig. 3.

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 3a. — *C*. Costa 4a. — *D*. Costa 5a. — *E*. Margo superior corporis vertebrae dorsi 4ae proxime ad cartilaginem intervertebralem (quae vertebram 3 cum 4 jungit), persectus. — *F*. *F*. Processus obliqui aut articulares vertebrae dorsi 5ae. — *G*. Processus spinosus vertebrae dorsi 4ae. — *H*. Scapula ad 2 poll. Par. infra spinam ipsius persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. *a'*. Transitus pleurae costalis in pulmonalem *a''*. *a''*. *a''*., circa marginem anteriorem hili pulmonum (duplicatura aut plica anterior pleurae). — *a'''*. *a'''a*. *a'''*. locum designat, ubi pleura costalis circa marginem posteriorem hili pulmonum in pleuram pulmonalem convertitur. Spatium, quod inter duplicaturas pleurarum et *a'''* est, hilum aut portam pulmonum continet. — *b*. Lobus superior pulmonis sinistri. — *b'*. Frustulum lobi inferioris pulmonis sinistri. — *c*. Lobus superior pulmonis dextri. — *c'*. Frustulum lobi medii pulmonis dextri. — *β*. *β*. Interstitia inter pleuram costalem et pulmonalem (cavum pleurarum) liquore seroso impleta. — *d*. Spatium inter margines anteriores utriusque pleurae costalis textum cellulosum fluido seroso impraegnatum continens, aut initium mediastini anterioris, quod pericardium occupat. — *e*. Spatium cellulosum inter pericardium, hilos pulmonum et corpora vertebrarum dorsi aut initium mediastini posterioris. — *f*. *f*. *f*. Pars superior (aut apex) sacci pericardii liquore seroso magnopere extensa. — *f'*. *f''*. *f'''*. Duplicaturae aut plicae laminae serosae pericardii, quae arteriam pulmonalem et aortam ascendentem vestiunt. — *f''''*. Plica pericardii, quae ad venam cavam superiorem continuatur. — *g*. Liquor serosus largiter in cavo apicis pericardii collectus. — *h*. Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior. — *2*. Aorta ascendens. — *3*. Frustulum parietis superioris (convexi) arteriae pulmonalis. Utrumque vas (aorta et art. pulmonalis) liquore in cavo pericardii collecto tam arcte compressum est, ut lumen ipsorum non rotundam sed semilunarem formam referat. — *4*. Aorta descendens. — *5*. Bronchus sinister ad 4 lin. Par. infra bifurcationem tracheae persectus. — *6*. Bronchus dexter. — *7*. Ramus dexter art pulmonalis. — *8*. Vena azygos. — *9*. Oesophagus. — *10*. *10*. Vasa mammaria interna.

Fig. 2. Sectio transversa per mediam partem spatii intercostalis secundi, per costas 3, 4 et 5am et per marginem inferiorem vertebrae dorsi 4ae instituta. Thorax viri, qui pneumothorace lateris sinistri laborabat (comp. Tab. 3, fig, 2

et Tab. 7, fig. 2). Pulmo sinister aëre, quem saccus pleurae continet, fortiter compressus et versus columnam vertebralem remotus. Pseudomembrana funiculi instar per cavum pleurae inter pulmonem hunc et pleuram costalem extenditur. Omnia orificia, quae in sectione animadvertuntur, pressionis causa, quem aër pleura inclusus in organa thoracis exercebat, non rotundam, sed semilunarem potius figuram offerunt.

Superficies superior sectionis: Animadversione praecipue digna est forma et directio mediastini pressione aëris, quem saccus pleurae sinister continet, admodum mutata. — *A*. Os sterni. — *B*. Media pars spatii intercostalis $2^{i.}$ — *C*. Costa $3^{a.}$ — *D*. Costa $4^{a.}$ — *E*. Particula costae $5^{ae.}$ — *F*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 4^{ae} ad lin. Par. $6^1/_2$ infra cartilaginem intervertebralem (quae vertebram dorsi 3 cum 4 jungit) persectus. — *G*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi $5^{ae.}$ — *H*. Processus obliquus seu articularis et spinosus vertebrae dorsi $4^{ae.}$ — *a. a. a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'. a'. a'''. a'''*. Locus, ubi pleura costalis ad pleuram pulmonalem (*a''. a''*.) constituendam circa hilum pulmonum inflectitur. Utraque pleura, tam costalis quam pulmonalis, parumper incrassata est. Spatium inter *a'. a'*. et *a''. a'''*. hilo aut portae pulmonum respondet. — *b*. Pseudomembrana, quae funiculi instar a pulmone sinistro ad pleuram costalem extenditur et cavum pleurae hic in duas dimidias partes: *c. c*. anteriorem et posteriorem dividit. — *d*. Pulmo sinister (lobus ejus superior). — *e*. Pulmo dexter. — *f. f'*. Mediastinum anterius et posterius nondum evidenter a se invicem separatum, formam triangularem et obliquam directionem (ob pressionem aëris, qui sacco pleurae sinistrae continetur) referens. — *g*. Particula apicis pericardii, cujus lamina serosa *g'*. supra aortam ascendentem reflectitur. — *h*. Cavum sacci pericardii liquorem serosum continens. — *i. k*. Dura meninx medullae et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior cum particula venae azygos. — *2*. Initium arcus aortae oblique persectum. — *3*. Bifurcatio tracheae in bronchos. — *4*. Aorta descendens. Spatium inter 2 et 4 parietem inferiorem (concavum) arcus aortae, textu celluloso tectum, continet. — *5*. Truncus venae azygos paullo infra ansam ipsius, quam circa bronchum dextrum format, persectus. — *6*. Oesophagus. — *7*. Arteria intercostalis oblique persecta.

Fig. 3. Sectio transversa ex parte per marginem inferiorem spatii intercostalis secundi, partim per marginem superiorem cartilaginis costae 3^{ae} (lateris dextri), per costas 3, 4, 5 et 6^{am} et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 6^{ae} facta. Thorax viri adulti, qui empyemate partiali

aut circumscripto lateris dextri laborabat; pus in cavo pleurae contentum ubique pseudomembranis inclusum erat. In pleura sinistra mediocris exsudatio liquoris serosi. Cor paulum ad sinistrum conversum. Hepatitisatio lobularis pulmonum.

Superficies superior sectionis. Frustula glaciei ex sacco pericardii remota sunt et hanc ob causam in imagine non modo partes, quae superficiem sectionis ipsius constituunt, imo etiam aliae partes cordis, profundius sitae et post remotionem frustulorum denudatae, conspiciuntur. Notatu dignum etiam est, pericardium in hac regione transverse persectum non uti unicam, sed ex duobus vel tribus separatis saccis compositam cavitatem apparere. Quod quo facilius explicetur, in memoriam revoces, pericardium basin cordis tegens, dum in superficiem hujusce organi reflectatur, nonnullas plicas formare, quae transverse percisae sicuti sacci separati et peculiares cavitates repraesentantur.

A. Os sterni. — *B*. Spatium inter costam 2 et 3^am^ sinistram cum particula cartilaginis costae 3^ae.^ — *B'*. Margo superior cartilaginis costae 3^ae^ et cum particula costae 3^ae^ dextrae. — *C*. Costa 3^a^ sinistra. — *D*. Costa 4^a.^ — *E*. Costa 5^a.^ — *F*. Costa 6^a.^ — *G*. Margo superior vertebrae dorsi 6 (ad $1\frac{1}{2}$ lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 5 cum 6 jungit). — *H*. Processus transversus vertebrae dorsi 6^ae.^ — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5^ae.^ — *a. a. a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'. a'*. Pleura pulmonalis sinistra. — *a''. a''*. Pleura pulmonalis dextra. Utriusque punctum inflexionis pleurae costalis in pleuram pulmonalem, circa hilum pulmonum solummodo in latere dextro sub litt. *a'* et *a'''* conspicitur; in latere vero sinistro firmissimae adhaesionis causa utriusque pleurae in conspectum non venit. — *b. b*. Interstitia inter utramque pleuram liquore seroso et puriformi impleta. — *c*. Collectio puris pseudomembrana sacci instar inclusa (empyema partiale, circumscriptum, cysticum). — *d. d*. Mediastinum anterius. — *e. e*. Saccus caecus pericardii magnus aut principalis. — *e''. e''*. Locus, ubi lamina serosa pericardii in superficiem externam venae cavae superioris et auricularum cordis reflectitur. — *e'''*. Secundus saccus caecus pericardii minor, ex pericardii lamina constitutus, quae inter vasa pulmonalia basin cordis tegens reflectitur. — *f*. Cavum pericardii serosum, quod liquorem continet. — *g. h*. Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior simul cum *2*. auricula dextra cordis persecta. — *3*. Conus arteriosus ventriculi dextri oblique transectus tali modo, ut anterior margo coni persecti ad $\frac{1}{2}$ poll. Par., margo autem sinister

ipsius solummodo ad 1 lin. Par. a margine inferiore valvularum semilunarium art. pulmonalis distet. — *4*. Cavum sinus arteriosi, quod frustulis glaciei et coagulis sanguineis remotis simul cum *5*. valvula semilunari arteriae pulmonalis in conspectum prodit. — *6*. Pars superior parietis ventriculi cordis sinistri. — *7*. Orificium arteriosum ventriculi sinistri aut initium trunci aortae vel bulbus aortae, simul cum particula sinus Valsalvae paullo infra originem arteriarum coronariarum cordis persectum. *7'*. Aorta descendens. — *8*. Angulus insertionis duarum valvularum semilunarium aortae. — *9*. Truncus art. pulmonalis, cujus *10*. ramus solummodo dexter sectione apertus est. — *11*. Auricula cordis sinistra etiam sectione aperta. — *12*. Ramus descendens art. coronariae cordis sinistrae, qui in sulco cordis longitudinali anteriori decurrit. — *13*. Art. coronaria cordis dextra. — *14*. Bronchus dexter. — *15*. Bronchus sinister — *16*. Oesophagus.

Fig. 4. Sectio transversa per marginem inferiorem spatii intercostalis secundi et per mediam partem corporis vertebrae dorsi 6^{ae} ducta. Thorax juvenis tuberculosi pulmonum in ultimo morbi gradu affecti (comp. Tab. 5, fig. 4). Et in hoc praeparato frustula glaciei ex cavitatibus cordis remota sunt, ita ut in imagine valvulae aliaeque partes profundiores cordis in conspectum veniant.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Spatium intercostale secundum (inter cartilagines costarum 2 et 3 situm). — *C*. Costa prima. — *D*. Media pars corporis vertebrae dorsi 6$^{ae.}$ — *E*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi 7$^{ae.}$ — *F*. *G*. Processus spinosus vertebrae dorsi 6$^{ae.}$ — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura pulmonalis et margo anterior utriusque pulmonis linea sola adnotatus. — *a''*. *a''*. Puncta inflexionis pleurae costalis in pulmonalem. — Aliud utrumque punctum fortissimae adhaesionis pleurarum causa non conspicitur. — *b*. *b*. Interstitia inter utramque pleuram liquore seroso impleta. — *c*. Mediastinum anterius. — *d*. Pericardium (lamina ejus fibrosa). — *d''*. *d''*. Puncta, ubi lamina serosa pericardii in superficiem cordis externam reflectitur. — *d'''*. *d'''*. *e''*. Lamina serosa pericardii, quae plicae instar inter auriculam cordis dextram et originem aortae ascendentis reflectitur. — *f*. *f*. Interstitia inter utramque laminam pericardii (cavitas serosa pericardii), liquorem serosum continens. — *g*. *h*. Dura meninx medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior, eo loco, ubi in atrium dextrum cordis intrat, persecta. — *2*. Cavum auriculae cordis dextrae. — *4*. Conus arteriosus et superior pars cavitatis ventriculi dextri cordis. — *5*. Frustulum arteriae pulmonalis cum

rudimento unius valvulae semilunaris (inferioris). — *6*. *7*. Initium aortae ascendentis aut bulbi aortae ex ventriculo sinistro cordis cum sinu Valsalvae et valvulis semilunaribus. — *8*. *8*. *8*. Tres anguli insertionis valvularum semilunarium aortae. Sectio per unum solummodo horum angulorum (propiorem ad conum arteriosum) ducta est. — *9*. Cavum atrii sinistri. — *10*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *11*. Vena pulmonalis. — *12*. Aorta descendens. — *13*. Vena azygos. — *14*. Bronchus dexter. — *15*. Bronchus sinister. — *16*. Oesophagus. — *17*. Ganglion lymphaticum tumefactum et infiltratione tuberculosa affectum.

Tab. 3. Quatuor sectiones transversas per marginem superiorem, inferiorem et per mediam partem cartilaginis costae 3ae, nec non per corpus vertebrae dorsi 5 et 7ae ductas, ostendit; duae harum sectionum thoracis situm organorum in statu normali, ceterae vero sectiones in statu pathologico demonstrant.

Fig. 1. Sectio transversa per mediam partem cartilaginis costae 3ae et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 7ae (ad 2 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 6am cum 7 jungit). Thorax juvenis 16 annorum. Cor et organa respirationis sana (comp. Tab. 5, fig. 3).

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Media pars cartilaginis costae 3ae. — *C*. Costa 7a. — *D*. Corpus vertebrae dorsi 7ae ad 2 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem (quae 6 cum 7 jungit) persectum. — *E*. Processus transversus vertebrae dorsi 7ae. — *F*. Processus spinosus vertebrae dorsi 6ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. Duplicatura pleurae anterior circa hilum pulmonum aut transitus pleurae costalis in *a''*. *a''*. pleuram pulmonalem. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Duplicatura pleurae posterior. — *b*. Mediastinum anterius in hac regione non spatii triangularis, (comp. fig. 2), sed septi potius ex duabus laminis pleurae costalis compositi, aspectum habens. Margo anterior pulmonum septo ab utroque latere contiguus est. — *c*. *c*. Pericardium et *c'*. *c'''*. locus ubi, lamina ejus serosa in superficiem atriorum cordis (dextri et sinistri) reflectitur. — *d*. *d*. Plica pericardii inter atrium cordis dextrum et bulbum aortae aspectum cavitatis serosae parvae a magno cavo pericardii plane separatae habens. — *e*. Interstitium inter utramque laminam pericardii (cavum pericardii), liquorem serosum continens. — *f*. *i*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Cavum auriculae et pars superior cavitati atrii dextri cordis, quod sectione transversa apertum est. — *2*. Conus arterisosus arteriae

pulmonalis et ventriculi cordis dextri oblique ad 2 lin. Par. infra mediam (aut propiorem bulbo aortae) valvularum semilunarium et ad 5 lin. Par. infra duas alteras valvulas semilunares (laterales) arteriae pulmonalis persectus. — *3*. Paries ventriculi dextri cordis. — *4*. Pars superior ventriculi sinistri oblique persecti. — *5*. Bulbus aortae cum valvulis et sinu Valsalvae inter marginem liberum (superiorem) et accretum (inferiorem) vâlvularum semilunarium persectus. — *6*. *6*. *6*. Tres anguli insertionis valvularum semilunarium aortae. — *7'*. Exitus auriculae sinistrae in atrium cordis sinistrum. — *7*. Cavitas atrii sinistri in loco, ubi venae pulmonales illam intrant, transecta. — *8*. Aorta descendens. — *9*. Oesophagus. — *10*. Ganglion lymphaticum.

Fig. 2. Sectio transversa per marginem superum cartilaginis costae 3ae, per costam 3, 4 et 5, nec non per marginem superiorem vertebrae dorsi 5ae ducta. Thorax viri, qui pneumothorace lateris sinistri laborabat (comp. Tab. 5, fig. 3). Praeter adhaesionem localem pleurae costalis cum pulmonali, sub forma funiculi, qualem jam in Tab. V adnotavimus, hic altera adhuc adhaesio utriusque pleurae animadvertitur, ita ut cavitas pleurae sinistrae harum adhaesionum aut pseudomembranarum duarum ope in tres partes divisa sit, quae omnes ceterum inter se communicantur. Pulmo sinister partim aëre in cavo pleurae collecto compressus et passim pleurae costali accretus aspectum peculiarem polygonium habet.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo superior cartilaginis costae 3ae et particula costae 3ae. — *C*. Costa 4a. — *D*. Costa 5a. — *E*. Capitulum costae 5ae. — *F*. Margo superior vertebrae dorsi 5ae ad $2^1/_2$ lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, (quae vertebram 4am cum 5 jungit), persectus. — *G*. Radices processus spinosi vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. Transitus pleurae costalis in pulmonalem *a''*. *a''*. *a''*. aut duplicatura anterior sinistra, aëre in cavo pleurae collecto admodum extensa. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Alius locus transitus pleurae costalis in pulmonalem aut duplicatura pleurae posterior. — *a''''*. *b*. Adhaesiones partiales pleurae costalis cum pleura pulmonali sinistra. — *b*. Pulmo sinister aspectum polygonium habens, concavus in locis, ubi compressioni aëris in cavo pleurae collecto expositus est; angulosus contra et convexus in locis adhaesionis cum pleura costali. — *c*. Pulmo dexter. — *d*. *d*. *d*. Tria interstitia in cavo pleurae sinistrae aëre impleta, quae inter adhaesiones pulmonis cum pleura costali locum habent. — *e*. Mediastinum anterius formam septi triangularis referens. — *f*. Apex pericardii. — *f'*. Inflexio

laminae serosae pericardii iu superficiem venae cavae superioris. — *f''*. Altera inflexio in truncum art. pulmonalis. — *f'''*. *f'''*. Plicae laminae serosae pericardii inter venam cavam et truncum aortae ascendentis. — *g*. Interstitium inter utramque laminam pericardii (cavum pericardii), liquore seroso impletum. — *h*. *i*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis. — *1*. Vena cava superior. — *2*. Aorta ascendens supra bulbum persecta. — *3*. Parva particula parietis superioris trunci art. pulmonalis cum bifurcatione ipsius in ramum dextrum et sinistrum. — *4*. Ramus dexter art. pulmonalis. — *5*. Ramus sinister art. pulmonalis. — *6*. Bronchus dexter et *7*. bronchus sinister prope a bifurcatione tracheae persecti. — *8*. Oesophagus. — *9*. Aorta descendens. — *10*. Vena azygos. — *11*. Glandula bronchica colore nigro tincta.

Fig. 3. Sectio transversa thoracis per mediam partem cartilaginis costae 3^ae^ et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 7^ae^ ducta. Thorax juvenis, qui tuberculosi pulmonum cum cavernis laborabat (vide Tab. 6, fig. 4). Animadversione digna est praecipue differentia aspectus cordis persecti, quod in hac sectione transversa conspicitur, si ipsam cum aliis sectionibus per eandem cartilaginem costae ductis comparamus.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — ***B***. Media pars cartilaginis costae 3^ae^. — ***D***. Margo superior corporis vertebrae dorsi 7^ae^ ad 2 lin. par. infra cartilaginem intervertebralem (quae vertebram 6^am^ cum 7^a^ jungit), persectus. — ***F***. Radices processus spinosi vertebae dorsi 7^ae^. — ***G***. Processus spinosus vertebrae dorsi 6^ae^. — *a*. *a*. ***a***. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura pulmonalis. Transitus pleurae costalis in pulmonalem in dextro et sinistro latere in *a''* (duplicatura anterior) conspicitur. — *c*. Mediastinum anterius, quod pericardium occupat. — *d*. *d*. Saccus pericardii. — *d'* Reflexio laminae serosae pericardii in superficiem externam auriculae dextrae. — *d''*. Reflexio ejusdem laminae in superficiem atrii sinistri. — *d'''*. Plica laminae serosae pericardii inter introitum venarum pulmonalium in atrium sinistrum sita, et aspectum cavitatis parvae a magno cavo pericardii perfecte separatae habens. — *e*. *e*. Alia plica pericardii, inter bulbum aortae et auriculam cordis dextram sita. — *e'*. *e''*. *e''*. Lamina serosa pericardii superficiem ventriculorum cordis obtegens. Stria alba, in corde inter *e* et *e'* sita, sulcum circularem denotat, qui auriculam dextram a ventriculo dextro sejungit. — *f*. Cavum pericardii aliquid liquoris serosi continens. — *g*. Cavum durae meningis medullae spinalis et *h'*. medulla spinalis. — *1*. Introitus venae cavae superioris in cavum atrii dextri

cordis. — *2. 3*. Cavum auriculae dextrae et atrii cordis dextri. — *4*. Paries ventriculi dextri cordis paulo infra conum arteriosum persectum. — *5*. Cavum ventriculi dextri cordis. — *7*. Bulbus aortae cum valvulis et cum sinibus Valsalvae oblique persectus tali modo, ut una vulvula semilunaris, (quae atrio sinistro propior est), in segmento thoracis superiori restet; alterae duae valvulae autem semilunares per marginem ipsarum inferiorem aut accretum persectae sint. — *8. 8*. Anguli insertionis valvularum semilunarium aortae. — *9*. Exitus auriculae sinistrae in atrium cordis sinistrum. — *10*. Cavitas atrii sinistri infra venas pulmonales superiores persecta. — *11*. Vena pulmonalis superior sinistra. — *12*. Aorta descendens. — *13*. Vena azygos. — *15*. Bronchus sinister. — *16*. Oesophagus. — *17*. Ganglion lymphaticum bronchiale tumefactum. — *18*. Arteria coronaria cordis sinistra. — *19*. Vena cordis Galeni magna. — *20*. Pars superior parietis ventriculi sinistri. — *21*. Particula musculi papillaris ventriculi dextri cum nonnullis rudimentis chordarum tendinearum valvulae tricuspidalis cordis.

Fig. 4. Sectio transversa thoracis per marginem inferum cartilaginis costae 3^{ae}, per costas $4^{am.}$ 5, 6, 7^{am} et per mediam partem corporis vertebrae dorsi 7^{ae} ducta. Thorax juvenis 16 annorum. Papilla mammae dextrae ad 1 lin. Par., sinistri vero lateris ad 2 fere lin. supra sectionem in supero thoracis segmento restiterunt. In utroque pulmone parvi tuberculi miliares dispersi simul cum emphysemate vesiculari pulmonum. Exsudatio liquoris serosi partem posteram utriusque sacci pleurae occupat. Cor fere vacuum, atrium dextrum liquore seroso, quem pericardium continet, nonnihil compressum.

Superficies superior sectionis: ***A***. Os sterni. — ***B***. Margo inferior cartilaginis costae $3^{ae.}$ — ***C***. Costa $4^{a.}$ — ***D***. Costa $5^{a.}$ — ***E***. Costa $6^{a.}$ — ***F***. Costa $7^{a.}$ — ***G***. Media fere pars corporis vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — ***H***. Processus transversi et ***I***. processus spinosus vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — *a. a. a*. Pleura costalis. — *a'. a'*. Duplicatura pleurae anterior aut reflexio pleurae costalis et transitus ipsius in *a''. a''*. pleuram pulmonalem. — *a'''. a'''*. Duplicatura pleurae posterior, aut similis transitus unius lamellae pleurae in alteram. Spatium inter *a'* et *a'''* hilus aut porta pulmonum occupat. — *α*. Lobus superior pulmonis sinistri. — *β*. Lobus inferior ejusdem pulmonis. — *αα*. Lobus medius pulmonis dextri. — *ββ*. Lobus inferior pulmonis dextri. — *b. b*. Interstitium inter pleuram costalem et pulmonalem (cavum pleurae) posteram partem thoracis occupans et liquore seroso impletum. — *c*. Mediastinum anterius formam septi ex duabus laminis

pleurae costalis compositi referens. — *d. d.* Pericardium. — *d'. d''*. Inflexio laminae serosae pericardii, quae in superficiem externam atriorum et ventriculorum cordis continuatur. — *d'''*. Plica ejusdem laminae, quae auriculam cordis dextram tegit. — *e.* Interstitium inter utramque laminam pericardii, aut cavum pericardii, liquorem serosum continens. — *f.* Plica pericardii inter truncos venarum pulmonalium sita et aspectum cavitatis propriae a magno pericardii sacco separatae habens. — *g.* Paries muscularis atrii cordis sinistri. — *h. i.* Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis. — *1. 2. 3.* Atrium dextrum paulo infra auriculam persectum, simul cum particula auriculae dextrae. — *4. 5.* Spatium inter atrium dextrum et bulbum aortae plica pericardii vestitum. — *6.* Cavum ventriculi dextri non procul a cono arterioso persectum (ad 1 poll. Par. infra originem arteriae pulmonalis ex cono arterioso). — *7.* Paries superior ventriculi sinistri oblique persecti. — *8.* Bulbus aortae in obliqua directione tali modo persectus, ut una valvularum semilunarium (quae propior ventriculo sinistro est) intacta remaneat, alterae vero duae inter marginem liberum et accretum divisae. — *9.* Valvula semilunaris aortae quae intacta remanet. — *10. 11.* Duae valvulae semilunares inter marginem liberum (superiorem) et accretum (inferiorem) persectae. — *12.* Unus sinuum Valsalvae transversae persectus. — *13.* Orificium triangulare arteriosum inter margines liberos (non persectos et quorum alter alteri contiguus est) valvularum semilunarium aortae. — *14.* Atrium sinistrum prope sub auricula sinistra persectum. — *15. 16.* Venae pulmonales. — *17.* Aorta descendens. — *18.* Oesophagus. — *19* Vena azygos. — *20.* Vena semiazygos. — *21.* Nervus vagus seu pneumogastricus. — *22.* Ductus thoracicus.

Tab. 8. Tres sectiones transversas thoracis repraesentat per spatium intercostale tertium partim (inter cartilagines costarum 3ae et 4ae), partim per cartilaginem costae 3ae et per corpora vertebrarum dorsi 7ae et 8ae ductas. In duabus harum sectionum status normalis aut fere normalis organorum thoracis [excepta parva hepatisatione pulmonum (fig. 2 et 3)], in una autem infiltratio pulmonum tuberculosa sat fortis cum forti etiam adhaesione pleurarum observatur. Notatu dignum est, ex mutua comparatione sectionum interstitii intercostalis tertii patere, saccum pericardii modo in spatio, quod unam pleuram costalem ab altera separat et mediastinum anterius nuncupatur, situm esse ita, ut a sterno et cartilaginibus costarum non nisi textu celluloso separetur (ut e. g. oedemate mediastini anterioris praesenti, vid. fig. 1), modo autem nullum spatium inter utramque pleuram costalem et nullum igitur mediastinum anterius

exsistere, pericardium ideoque non directe ad os sterni et cartilagines costarum applicatum, sed ab iis margine anteriore utriusque pulmonis separatum esse (vid. 2 et 3).

Fig. 1. Thorax partim per spatium intercostale tertium (in latere dextro), partim vero per spatium hoc et per marginem inferum cartilaginis costae 3ae, per costas 4, 5, 6 et 7, et per mediam partem corporis vertebrae dorsi 8ae transverse persectus. Areola papillae sinistrae paululum inferius, quam dextra jacebat, hac ex causa sectio ad sinistram per areolam papillae, ad dextram vero nonnihil sub hac ducta est. Thorax viri adulti 26 annorum. Pulmones infiltratione tuberculosa affecti, passim cavernulae parvae in textu pulmonali dispersae. In cavo utriusque pleurae exsudatio gelatinosa ex parte, ex parte fibrinosa. Textus cellulosus mediastini anterioris oedemate magnopere correptus. Cor, praecipue dextrum, coagulis sanguineis et fibrinosis impletum, quae glaciata ex ventriculis remota sunt. Limites sacci pleurae solummodo in latere dextro clare et evidenter conspiciuntur, in latere sinistro autem pleura costalis tam cum exsudatione fibrinosa plastica coalita est, ut limites anterioris partis sacci pleurae prorsus disparuerint.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Spatium intercostale 3um cum particula cartilaginis costae 3ae. — *C*. Costa 4a. — *D*. Costa 5a. — *E*. Costa 6a. — *F*. Costa 7a. — *I*. Media pars corporis vetebrae dorsi 8ae. — *K*. *L*. Processus spinosus vertebrae 8ae. — *M*. Scapula ad 2 fere poll. Par. supra angulum inferum persecta. — *N*. Musculus latissimus dorsi. — *O*. M. subscapularis. — *P*. *P*. M. serratus anticus major. — *Q*. M. sacrolumbalis. — *R*. M. longissimus dorsi. — *S*. M. trapezius. — *T*. M. pectoralis major. — *U*. M. pectoralis minor. — *v*. *v*. *v*. Mm. intercostales. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et *a'*. *a'*. *a''*. *a''*. transitus ipsius in *a'''*. *a'''*. *a'''*. pleuram pulmonalem (aut duplicatura pleurae anterior). — *b*. *b*. Spatia in cavo utriusque pleurae fluido plastico, fibrinoso et gelatinoso impleta. — *c*. *d*. Textus cellulosus mediastini anterioris condensatus, fluido fibrinoso imbutus et cum margine anteriore pleurae costalis sinistrae perfecte coalitus. — *e*. *e*. *e*. Saccus pericardii etiam cum pleura sinistra (in *a*. *a*.) coalitus. — *f*. *f*. Inflexio aut plicae laminae pericardii serosae in superficiem externam cordis. — *f''*. *f''*. Plicae aut inflexiones pericardii inter radices venarum pulmonalium aspectum cavitatis peculiaris, prorsus separatae, referentes. — *g*. *g*. Lamina serosa pericardii utrumque ventriculum et atrium dextrum cordis obtegens. — *h*. *h*. Cavum pericardii liquorem serosum

continens. — *i*. Lobus medius pulmonis dextri et *k*. lobus inferior pulmonis dextri; uterque infiltratione tuberculosa correptus. — *l*. Lobus superior et *m*. lobus inferior pulmonis sinistri in eodem statu morboso. — *n*. Cavum atrii dextri cordis infra auriculam persectum et coagulum sanguinis glaciatum continens. — *o*. Cavum atrii sinistri cordis etiam infra auriculam et in loco introitus venarum pulmonalium persectum. — *p*. *p'*. Venae pulmonales superiores secundum diametrum longitudinalem persectae; orificia venarum pulmonalium inferiorum intacta sub coagulo sanguinis, quod atrium implet, remanent. — *q*. Cavitas ventriculi cordis dextri et paries ejus dexter. — *r*. Limbus ostii venosi sive atrioventricularis dextri cum valvula tricuspidali. Duae laciniae hujusce valvulae, quae propius ad septum ventriculorum et ad parietem ventriculi dextri anteriorem jacent, hic intactae remanent; margo autem superior aut accretus tertiae laciniae (ab arteria pulmonali proximae) transectus est. — *s*. Paries sinister ventriculi dextri et septum ventriculorum. — *t*. Particula parva bulbi aortae cum frustulo unius valvulae semilunaris. — *u*. Paries ventriculi sinistri oblique et ad distantiam $1\frac{1}{2}$ poll. Par. ab apice cordis transectus. — *v*. Pars limbi orificii venosi seu atrioventricularis sinistri. — *w*. *w*. Musculi papillares ventriculi sinistri et chordae tendineae valvulae mitralis aut bicuspidalis. Una pars valvulae hujusce (quae propius a bulbo aortae jacet) circa marginem accretum aut superiorem oblique transecta est; altera pars vero profundius intacta jacet. — *x*. Oesophagus. — *y*. Aorta descendens. — *z*. Vena azygos. — *z'*. Ductus thoracicus. — *α*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis ipsa. — *β*. Ganglion lymphaticum bronchiale tumefactum. — *1*. *1*. Vasa mammaria interna. — *2*. Arteria coronaria cordis dextra in sulco circulari inter atrium dextrum et ventriculum dextrum decurrens. — *3*. Nervus phrenicus.

Fig. 2. Cavum thoracis per spatium intercostale tertium (inter cartilagines costae 3^{ae} et 4^{ae}), per costas 4, 5, 6 et 7^{am}, et per marginem superum corporis vertebrae 7^{ae} persectum. Thorax juvenis 17 annorum. Nonnulla tubercula miliaria dispersa, nec non parva hepatisatio pulmonum.

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa $4^{a.}$ — *C*. Costa $5^{a.}$ — *D*. Costa $6^{a.}$ — *E*. Costa $7^{a.}$ — *F*. Angulus inferior scapulae. — *I*. Margo superior corporis vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — *K*. *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis pleurae pulmonali *a'''*. *a'''*. *a'''*. contigua. — *a''*. *a''*. Locus, ubi pleura costalis, circa hilum pulmonum, ad formandam pleuram pulmonalem inflectitur (duplicaturae pleurae posteriores). Alius locus inflexionis pleurarum (aut duplica-

turae anteriores) non conspicitur, etenim anterior pars pleurae costalis pleurae pulmonali adhaeret. — *d*. Mediastinum anterius in hac regione formam septuli exigui (ex duabus laminis pleurarum costalium compositi) habens. Margo anterior utriusque pulmonis septulo huic plane adjacet. — *e. e*. Saccus pericardii. — *f. f*. Locus, ubi lamina serosa pericardii circa venam cavam superiorem et truncos venarum pulmonalium inflectitur et in superficiem externam cordis continuatur. — *f'*. Plica aut inflexio pericardii, inter radices venarum pulmonalium, cavum quasi proprium, a cavo magno pericardii separatum formans. — *g. g. g*. Lamina serosa pericardii faciem externam cordis obtegens. — *g'. g'*. Plica pericardii inter auriculam cordis dextram et bulbum aortae sita. — *i*. Lobus superior et *k*. lobus inferior pulmonis sinistri. — *l*. Lobus medius et *m*. lobus inferior pulmonis dextri. — *n*. Introitus venae cavae superioris in atrium dextrum. — *o*. Cavum auriculae cordis dextrae. — *p*. Cavum atrii sinistri inter venas pulmonales persectum et introitus auriculae sinistrae in hoc atrium. — *q*. Conus arteriosus ventriculi dextri oblique transectus (ad distantiam 4 lin. Par. a margine inferiore aut accreto valvulae semilunaris externae arteriae pulmonalis et ad 1 lin. Par. ab eodem margine valvulae semilunaris mediae). — *r*. Auricula cordis sinistri persecta. — *s. s*. Anguli insertionis valvularum semilunarium aortae. Bulbus hujus arteriae oblique circa marginem inferiorem aut accretum valvularum semilunarium persectus est, ita ut solummodo tres anguli insertionis harum valvularum intacti remanerent. — *t*. Particula parietis superioris ventriculi sinistri cordis. — *y*. Aorta descendens. — *x*. Oesophagus. — *z*. Vena azygos. — *α*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis.

Fig. 3. Cavum thoracis ejusdem corporis per inferam partem spatii intercostalis tertii, per costas 4^{am}, 5^{am}, 6^{am}, 7^{am}, 8^{am} et per marginem inferiorem corporis vertebrae dorsi 7^{ae} persectum.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 4^{a}. — *C*. Costa 5^{a}. — *D*. Costa 6^{a}. — *E*. Costa 7^{a}. — *F*. Angulus inferior scapulae. — *G*. Costa 8^{a}. — *I*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 7^{ae}. — *K*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi 8^{ae}. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 7^{ae}. — *a. a. a*. Pleura costalis. — *a'. a''. a'''. a''. a'''*. Pleura pulmonalis. Transitus pleurae costalis in pulmonalem aut duplicaturae hujus membranae circa hilum pulmonum adhaesionis pleurarum causa non conspiciuntur. — *d*. Mediastinum anterius aspectum septuli valde exigui habens; in hac sectione margines anteriores pulmonum ex utroque latere contigui sunt, ita ut pericardium, ab osse sterno hoc pulmonum

margine separatum sit. — *e. e.* Saccus pericardii. — *f. f.* Inflexiones aut plicae pericardii in regione atrii dextri et circa truncos venarum pulmonalium. — *f'.* Plica pericardii inter radices venarum pulmonalium cavum quasi peculiare serosum referens. — *g. g. g.* Lamina serosa pericardii superficiem cordis obtegens. — *h.* Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *i. k.* Lobus medius et inferior dextri pulmonis. — *l. m.* Lobus superior et inferior sinistri pulmonis. — *n.* Cavum atrii dextri infra auriculam persecti. — *o.* Septum atriorum. — *p.* Bulbus aortae cum sinibus Valsalvae et cum valvulis semilunaribus, oblique persectus. Hic conspicitur margo superior aut liber duarum valvularum paululum serra persectus. — *q. q.* Venae pulmonales inferiores. — *r.* Cavum atrii sinistri cum fine truncorum venarum pulmonalium. — *s.* Cavum ventriculi dextri prope conum arteriosum et ad 6 fere lin. Par. supra marginem superiorem valvulae tricuspidalis persectum. — *t.* Particula parietis superioris ventriculi sinistri. — *x.* Oesophagus. — *y.* Aorta descendens. — *z.* Vena azygos. — *α.* Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis.

Tab. 9. Tres sectiones transversae thoracis in sinistro latere per spatium intercostale tertium, in dextro vero per cartilaginem costae 3ae ductae, quod diversa, non aequali altitudine cartilaginum costarum utriusque lateris explicatur; cartilagines nimirum sinistri lateris et spatia igitur intercostalia propter statum organorum thoracis pathologicum altiorem situm habebant, quam cartilagines dextri lateris. Posteriores limites harum trium sectionum cartilagines constituunt intervertebrales, quae 6am, 7am, et 8am vertebram dorsi jungunt.

Fig. 1. Sectio transversa in dextro latere per marginem inferum cartilaginis costae 3ae, in sinistro vero per marginem superum spatii intercostalis tertii et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 7am cum 8a jungit, ducta. — Thorax viri, qui affectione pulmonum tuberculosa vehementissime laborabat (comp. Tab. 7, fig. 3). Coagula sanguinis glaciata e cavitatibus cordis caute remota sunt.

Superficies superior sectionis: *A.* Os sterni. — *B.* Costa 8a. — *C.* Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 7am cum 8 jungit, nec non particula marginis superioris corporis vertebrae dorsi 8ae. — *D.* Processus transversus vertebrae dorsi 8ae. — *E.* Processus spinosus vertebrae dorsi 7ae. — *a. a. a.* Pleura costalis ubique pleurae pulmonali *a'. a'.* adhaerens, quam ob causam et confinia utriusque pleurae circa

hilum pulmonum non distincta apparent. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. Pericardium. — *c'*. *c'*. Inflexiones laminae serosae pericardii in superficiem externam cordis. — *e*. *e*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *f*. Atrium sinistrum cordis inter radices (aut introitus) venarum pulmonalium persectum. — *g*. Vena pulmonalis sinistra inferior. — *h*. Vena pulmonalis dextra inferior. — *i*. Septum atriorum. — *k*. Atrium dextrum. — *l*. Valvula mitralis cordis persecta cum limbo orificii venosi sinistri. — *m*. Paries posterior ventriculi sinistri oblique persecti. — *n*. Septum ventriculorum. — *o*. Lacinia valvulae tricuspidalis, quae propior septo ventriculorum est, per marginem liberum transecta. — *p*. Dexter aut anterior paries ventriculi dextri cordis. — *q*. Vena cordis Galeni magna. — *r*. Aorta descendens. — *s*. Oesophagus. — *t*. Vena azygos.

Fig. 2. Sectio transversa thoracis in latere dextro per inferam partem spatii intercostalis tertii, in latere sinistro autem per marginem inferum cartilaginis costae 3ae (quod eandem ob causam factum est, de qua supra monui; vid. explic. fig. 1), per costas 4, 5, 6, 7am, et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 6am cum 7a jungit, ducta. Thorax viri, qui empyemate partiali, cystico, lateris dextri laborabat.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Spatium intercostale tertium et margo superior cartilaginis costae 4ae, aliquid a fibris muscularibus denudatus, sed serra non persectus. — *C*. Costa 4a. — *D*. Costa 5a. — *E*. Costa 6a. — *F*. Costa 7a. — *G*. Angulus inferior scapulae. — *H*. Cartilago intervertebralis (margo ipsius superior), quae vertebram dorsi 6am cum 7a jungit. — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi 6ae. — *K*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi 7ae. — *L*. Apex processus spinosi vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis, quae in *a'*. *a'*. et in *a''*. *a''*. ad formandam pleuram pulmonalem *a'''*. *a'''*. inflectitur. — *b*. Empyema partiale cysticum lateris dextri. — *c*. *c*. Interstitium inter margines anteriores pleurae costalis et pulmonalis utriusque lateris liquore seroso impletum. — *d*. Mediastinum anterius. — *e*. *e*. Pericardium. — *e'*. *e'*. Plicae laminae serosae pericardii, quae in *f*. *f*. *f*. supra superficiem cordis externam continuatur, eam tegens. — *g*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *h*. Plica pericardii, quae inter radices venarum pulmonalium inflectitur et aspectum cavi perculiaris, a cavo magno pericardii separati, offert. — *i*. Atrium sinistrum circa venas pulmonales inferiores aut posteriores transectum. — *k*. Atrium dextrum inter introitum venae cavae superioris et inferioris transectum. — *l*. Septum atriorum. *m*. Utraque pars valvulae

mitralis secundum diametrum longitudinalem persecta cum chordis tendineis et musculis papillaribus. Orificium venosum seu atrioventriculare sinistrum, etiam fere in medio transectum; margo inferior ipsius profunde, coagulo sanguinis tectus, in cavitate ventriculi sinistri jacet. — *n*. Cavum ventriculi dextri, cujus ostium venosum eodem fere modo ac sinistri persectum est. — In hac cavitate duae laciniae valvulae tricuspidalis perspiciuntur: quarum una propior parieti dextro et anteriori ventriculi, altera vero septo ventriculorum propior est. — *o*. Paries anterior ventriculi dextri. — *p*. Paries convexus posterior ventriculi sinistri cordis. — *q*. Septum ventriculorum. — *r*. Vena cordis Galeni magna. — *s*. Oesophagus. — *t*. Aorta descendens. — *u*. Vena azygos. — *γ*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis ipsa.

Fig 3. Sectio transversa per papillas mammae utriusque lateris ita instituta, ut areola sinistra perfecte in media parte transecta, areola vero dextri lateris, adhuc intacta, infra sectionem remaneret. Spatium intercostale tertium utriusque lateris in media parte, costae 4, 5, 6, 7^{ae}, nec non cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 6^{am} cum 7 jungit, persectae. Thorax viri 25 annorum. In pulmonibus granulationes griseae, tuberculosae passim dispersae; adhaesiones partiales inter pleuram pulmonalem et costalem. Margines anteriores pulmonum emphysemate leviter affecti. Exsudatio serosa et gelatinosa (plastica) in cavitate pleurae utriusque lateris, praesertim posteram partem cavi thoracis occupans. Cor coagulis sanguinis glaciatis impletum.

Superficies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Costa $4^{a.}$ — *C*. Costa $5^{a.}$ — *D*. Costa $6^{a.}$ — *E*. Costa $7^{a.}$ — *F*. Scapula ad $1\frac{1}{2}$ poll. Par. supra angulum inferum persecta. — *G* Cartilago intervertebralis, quae corpus vertebrae dorsi 6^{ae} cum 7^{a} jungit. — *H*. Processus transversus vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi $6^{ae.}$ — *K*. *K*. *K*. Musculi intercostales. — *L*. Mm. longissimi dorsi et m. sacrolumbalis. — *M*. M. trapezius. — *N*. M. serratus anticus major. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris, quae in a'. a'. et a''. a'' in pleuram pulmonalem a'''. a'''. a'''. continuatur. Inter a' a' et a'' a'' hilus aut porta pulmonum situs est. — *b*. Exsudatio serosa et fibrinosa in cavo pleurae utriusque lateris congelata, praecipue partem posteriorem harum cavitatum occupans. — *c*. Septum ex laminis pleurae costalis utriusque lateris compositum et locum mediastini anterioris tenens. — *d*. *d*. Pericardium. — *e*. *e*. Lamina pericardii serosa superficiem cordis externam tegens. — *f*. *f*. Inflexiones aut plicae pericardii. — *g*. Duplicatura pericardii inter radices venarum

pulmonalium saccum quasi peculiarem, a magno pericardii cavo separatum, constituens. Cavum pericardii liquorem serosum continet. — *k*. Pars cavitatis atrii dextrii, quae in venam cavam superiorem ducit. — *l*. Septum atriorum cordis. — *m*. Cavum atrii sinistri inter venas pulmonales anteriores et posteriores persectum. Una harum venarum *m'*. persecta. Duo trunci posteriores harum venarum intacti — post atrium sinistrum decurrunt. — *n*. Auricula cordis sinistra in uno loco solummodo parumper persecta. — *o*. Vena cordis Galeni magna et arteria coronaria cordis sinistra seu posterior. — *p*. Particula parva parietis superioris ventriculi sinistri. — *q*. Cavum ventriculi dextri, paulo infra originem coni arteriosi (fere ad 6 lin. Par. infra originem arteriae pulmonalis) oblique persectum. — *r*. Bulbus aortae (et sinus Valsalvae inter marginem liberum (superiorem) et accretum (inferiorem) duarum valvularum semilunarium, oblique persectus. Tertia valvula semilunaris intacta in cavo bulbi aortae manet. — *s*. Angulus insertionis duarum valvularum semilunarium aortae persectarum. — *t*. Truncus arteriae coronariae cordis dextrae aut anterioris. — Inter *r*. et *t*., circa marginem dextrum bulbi aortae, plica pericardii inter hunc bulbum et atrium dextrum inflexa conspicitur. — *u*. Oesophagus. — *v*. Aorta descendens. — *w*. Vena azygos. — *x*. V. hemiazygos. — *y*. Ductus thoracicus. — *z*. Ganglion lymphaticum bronchiale, pigmento nigro tinctum. — α. α. α. Lobus superior pulmonis sinistri incisura praeditus. — α. α. α. Lobus inferior ejusdem pulmonis. — β. Lobus medius pulmonis dextri. — β. β. Lobus inferior pulmonis dextri. — γ. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis ipsa.

Tab. 10. Tres sectiones thoracis transversas per partem superam et mediam spatii intercostalis tertii nec non per corpus vertebrae dorsi 7, 8 et 9ae ductas, repraesentat.

Ex comparatione sectionum transversarum spatii intercostalis tertii in Tab. 8, 9 et 10 delineatarum, quae tam normali, quam pathologico statu organorum thoracis praesenti institutae sunt, patet, admodum varias cordis partes serra spatium hoc secante feriri. Sic in fig. 2 et 3, Tab. 8ae; in fig. 3, Tab. 9ae et in fig. 1 et 2, Tab. 10ae atria cordis, bulbum aortae, unum parietem ventriculi sinistri et conum arteriosum ventriculi dextri cordis; in fig. 1 et 2, Tab. 9ae ostia venosa et valvulas ventriculorum, in fig. autem 3, Tab. 10ae apicem solummodo cordis cum diaphragmate, hepate et stomacho sectione divisas perspicimus. Hoc discrimen in aspectu sectionum transversarum spatii intercostalis tertii, partim ex vario statu pathologico pleurarum et pulmonum, partim variis

lineae secantis decessibus, utrum scilicet corpus vertebrae dorsi 6^{ae}, an 7^{ae}, (ut in fig. 1, Tab. 10^{ae},) an 9^{ae}, (ut in fig. 3 ejusdem tabulae), persectum sit, partim denique vario organorum abdominis statu, utrum stomachus et canalis intestinalis viduus, an alimentis et aëre distensus persectus sit, nec ne, explicandum esse volo.

Fig. 1. Sectio transversa per marginem superum spatii intercostalis tertii et per eundem marginem corporis vertebrae 7^{ae} (ad 2 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 6^{am} cum 7^{a} jungit) ducta. Thorax viri. Status organorum thoracis normalis (comp. Tab. 5, fig. 5).

Superficies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Margo superior spatii intercostalis tertii. — *C*. Capitulum costae 7^{ae}. — *I*. Margo superior corporis vertebrae dorsi 7^{ae}. — *K*. Processus transversus vertebrae dorsi 7^{ae}. — *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis. — *a'*. *a'*. *a''*. *a''*. Locus inflexionis pleurarum circa hilum pulmonum. — *b*. *b*. Pericardium. — *c*. *c*. Locus inflexionis laminae serosae pericardii. — *d*. *d*. *d*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *e*. Introitus venae cavae superioris in cavum atrii dextrum. — *f*. Cavum auriculae dextrae cordis. — *g*. Parvum spatium inter atrium dextrum cordis et bulbum aortae plica pericardii obtectum. — *h*. Cavum atrii cordis sinistri cum *i*. *i*. duobus truncis venarum pulmonalium et *h''* auricula cordis sinistra. — *k*. Cavum ventriculi dextri paulo infra conum arteriosum persecti. — *l*. Paries superior ventriculi sinistri oblique persectus. — *m*. Bulbus aortae prope infra marginem inferum aut accretum valvularum semilunarium persectus. — *n*. Una valvula semilunaris supra marginem accretum persecta. Margines liberi (superiores) omnium trium valvularum, ut tempore diastoles cordis, juxta positi et orificium aortae perfecte occludentes. — *o*. Oesophagus. — *p*. Aorta descendens. — *q*. Vena azygos. — *r*. Bronchus dexter. — *s*. Bronchus sinister.

Fig. 2. Sectio transversa per mediam partem spatii intercostalis tertii, per costas 4^{am}, 5^{am} et 6^{am} et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 6^{ae} (ad 1 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram dorsi 5^{am} cum 6^{a} jungit) instituta. Thorax viri, qui pneumothorace lateris dextri laborabat (Tab. 7, fig. 2). Mediastinum et cor aëre in pleura sinistra collecto ad dextrum remota, fortissime compressa, aspectum triangularem offerunt, parietes ventriculorum unus alteri adpropinquantes, cavitates cordis angustatae conspiciuntur. Liquor serosus pericardii propter eandem compres-

sionem, quam aër in cavo pleurae sinistrae inclusus exercuit, praecipue in anteriore et postera parte cavitatis pericardii collectus est; margines vero dexter et sinister cordis ubique saccum pericardii tangunt.

Superficies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 4a. — *C*. Costa 5a. — *D*. Capitulum costae 6ae. — *I*. Margo superior corporis vertebrae dorsi 6ae (ad 1 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 5am cum 6a jungit), persectus. — *K*. Processus transversus vertebrae dorsi 6ae. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis sinistra cum *a'*. *a''*. inflexionibus, quae in *a'''*. *a'''*. *a'''*. pleuram pulmonalem continuantur. — *b*. *b*. *b*. Pleura costalis dextra. — *b'*. *b''*. Inflexiones aut plicae ipsius. — *b'''*. *b'''*. *b'''*. Pleura pulmonalis. Inter literas *a'*. *a''*. et *b'*. *b''*. hili aut portae pulmonum jacent. — *c*. *c*. Cavum pleurae sinistrae aëre extensum. — *d*. Posterior pars cavi pleurae sinistrae liquorem serosum continens. — *e*. Lobus superior pulmonis sinistri, aëre, quem pleura continet, compressus. — *f*. Margo ejus anterior, aspectum angulosum referens. — *g*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *h*. Lobus superior et *i*. Lobus medius pulmonis dextri. — *k*. Mediastinum anterius. — *l*. *l*. *l*. Saccus pericardii. — *m*. *n*. Plicae laminae serosae pericardii, quae inter auriculam cordis dextram et bulbum aortae inflectuntur. — *o*. *p*. *p*. Lamina serosa pericardii, quae superficiem externam ventriculi dextri obtegit. — *q*. *q*. *q*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. Liquor hic praecipue in angulis anteriore et posteriore sacci pericardii collectus est (ob compressionem aëris in cavo pleurae sinistrae collecti). — *r*. Tres plicae pericardii circa radices venarum pulmonalium. Plicae hae transverse persectae sicut tres cavitates exiguae, a sacco pericardii plane separatae, conspiciuntur. — *s*. Auricula dextra et finis venae cavae superioris. — *t*. Cavum ventriculi dextri cordis et conus arteriosus oblique persectus. — *u*. Pars valvulae unius semilunaris arteriae pulmonalis (parieti anteriori ventriculi dextri propior), cujus margo liber aut superior persectus est; alterae duae valvulae intactae paulo profundius jacent. — *u''*. Particula parietis inferioris trunci arteriae pulmonalis. — *v*. Bulbus aortae cum rudimentis angulorum insertionis valvularum semilunarium. — *w*. Vena pulmonalis dextra. — *x*. Ramus venae pulmonalis sinistrae. — *y*. Bronchus dexter. — *z*. Bronchus sinister. — *1*. Oesophagus. — *2*. Aorta descendens. — *3*. Vena azygos.

Fig. 3. Sectio transversa per marginem inferum papillarum mammae utriusque lateris et per partem fere mediam spatii intercostalis tertii, per costas 4, 5, 6, 7 et 8am, per convexam partem diaphragmatis et per mediam partem corporis

vertebrae dorsi 9ae ducta. Thorax viri mediae aetatis. Organa respirationis in statu normali, si emphysema levius et copiam adauctam pigmenti nigrescentis, quo textus pulmonum tinctus est, exceperis. Exsudatio liquoris serosi in cavo pericardii et posteriore parte cavitatis pleurarum. Oesophagus et ventriculus alimentis magnopere extensi. — Pars convexa diaphragmatis persecta orificium magnum, oblongum, bipartitum hoc aspectu ∞ refert.

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 4a. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *I*. Media pars corporis vertebrae dorsi 9ae. — *K*. Processus transversus ejusdem vertebrae. — *L*. Apex processus spinosi vertebrae dorsi 8ae. — *a. a. a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'. a'. a'*. Pleura pulmonalis convexam aut costalem superficiem utriusque pulmonis tegens. — *a''. a''. a''*. Pleura pulmonalis superficiem concavam aut diaphragmaticam pulmonis tegens. Plicae aut duplicaturae pleurarum in hac imagine in conspectum eam ob causam non prodeunt, quia pulmones infra hilum, (ubi inflexionis pleurarum, uti notum est, locum habent), persecti sunt. — *α*. Margo inferior lobi superioris pulmonis sinistri. — *α'*. Lobus medius pulmonis dextri. — *β*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *β'*. Lobus inferior pulmonis dextri. — *b. b. b. b*. Pars muscularis diaphragmatis, cujus utraque superficies membrana serosa tecta est: superior nempe aut thoracica pleura diaphragmatica, inferior autem peritonaeo. Utraque superficies haec diaphragmatis in imagine nostra ita distinguitur, ut altera propior pulmoni sit, altera vero hepar et ventriculum spectet. Pars convexa diaphragmatis persecta aspectum ∞ offert. — *c. c*. Fibrae musculares posteriores, quae ad formanda crura interna diaphragmatis inserviunt. — *d. d*. Pars aponeurotica aut media diaphragmatis, (speculum Helmontii), pericardio accreta. — *e. e*. Saccus pericardii fibrosus. — *e'. e'. e'*. Lamina serosa pericardii apicem cordis tegens. — *e''*. Particula fasciculi diaphragmatis posterioris, qui prope supra foramen oesophageum et hiatum aorticum persectus est. — *f. f*. Cavum pericardii liquore seroso glaciato impletum. — *g*. Apex cordis, cujus frustulum exiguum ita resectum, ut cavitas ventriculi sinistri parumper aperta sit. — *h. h*. Pars abdominalis diaphragmatis hepati ac curvaturae magnae ventriculi adjacens et peritonaeo tecta. — *i. i*. Stratum liquoris serosi glaciati inter faciem concavam diaphragmatis et marginem convexum hepatis collecti. — *k. k*. Membrana serosa aut involucrum serosum hepatis. — *l*. Apex aut pars convexa lobi dextri hepatis persecti. — *m*. Vena cava inferior. — *m'. m'. m'*. (signum ' parum perspicue expressum). Membrana serosa sacci caeci ventriculi. — *n*. Apex sacci caeci ventriculi alimentis extensi. — *o*. Oesophagus, supra transitum ipsius per foramen oesophageum persectus et alimentis etiam extensus. —

p. Aorta descendens vacua et oesophago extenso compressa. — *q*. Vena azygos. — *x*. *β*. Liquor serosus glaciatus in parte posteriore cavitatis pleurae utriusque lateris collectus.

Tab. 11. Tres sectiones transversae thoracis per superiorem et mediam partem cartilaginis costae 4ae et per corpus vertebrae dorsi 8ae et 9ae atque per fibrocartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 7am cum 8a jungit, ductae, quarum in una (fig. 3) status pulmonum fere normalis, (nonnullis solummodo tuberculis miliaribus exceptis), in utraque altera autem plane pathologicus (hepatisationes, empyema partiale) animadvertitur.

Fig. 1. Sectio transversa per marginem superiorem papillae dextrae et inferiorem marginem papillae sinistrae, per mediam partem cartilaginis costae 4ae, per costas 4, 5, 6, 7, 8am et 9am atque per mediam partem corporis vertebrae dorsi 8ae, ducta. Cor in directione fere parallela cum margine ipsius dextro et in obliqua directione (sub angulo 47°) cum margine ejus sinistro aut superiore persectum. Thorax viri mediae aetatis. Pulmones pleurae adhaerentes. Nonnulli hepatisationes lobulares. Cor nonnihil hypertrophicum cum parva induratione chordarum tendinearum valvulae mitralis. Hepar muscatum et in volumine adauctum.

Superficies sectionis inferior: *A*. Os sterni. — *B*. Media pars cartilaginis costae 4ae. — *C*. Costa 4a. — *D*. Costa 5a. — *E*. Costa 6a. — *F*. Costa 7a. — *G*. Costa 8a. — *H*. Particula costae 9ae. — *I*. Media pars corporis vertebrae dorsi 8ae. — *K*. Radices processus spinosi vertebrae dorsi 8ae. — *L*. Apex processus spinosi vertebrae dorsi 7ae. — *M*. Margo inferior scapulae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a'*. *a''*. *a''*. Inflexiones pleurae (anterior et posterior) circa hilum pulmonum. Spatium inter has inflexiones, hilo pulmonum respondens admodum angustum, quia sectio prope finem hili ducta est. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *b*. *c*. Exsudatio plastica, fibrinosa in textu celluloso, qui pericardium cum pleura costali et lobos pulmonum inter se jungit. — *d*. Mediastinum anterius. — *e*. *e*. Saccus pericardii. — *f*. *f*. Inflexiones aut plicae pericardii. — *g*. *g*. *g*. Lamina serosa pericardii ventriculos cordis obtegens. — *h*. *h*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *i*. Lobus medius pulmonis dextri. — *k*. Lobus inferior pulmonis dextri. — *l*. Particula lobi superioris pulmonis sinistri. — *m*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *n*. Atrium dextrum prope ab introitu venae cavae inferioris persectum. — *o*. Particula exigua limbi inferioris orificii venosi

dextri cordis. — *p*. Pars septi atriorum cordis cum nonnullis particulis venae magnae Galeni cordis. — *q*. *r*. Cavum ventriculi dextri cordis prope ad apicem cordis persectum. — *s*. *t*. Paries ventriculi sinistri prope ad marginem ejus posteriorem et inferiorem. — *u*. Infima pars cavitatis ventriculi sinistri, prope ad apicem cordis persecta. — *x*. Oesophagus. — *y*. Aorta descendens. — *z*. Ramus transversus venam azygos cum vena hemiazygos jungens et in longitudinem persectus.

Fig. 2. Sectio transversa per marginem superiorem cartilaginis costae 4ae sinistrae, per costas 4, 5, 6, 7 et 8am lateris sinistri et per costas 5 — 8am lateris dextri, nec non per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 7am cum 8a jungit, instituta. Thorax viri, qui pyothorace partiali cystica lateris dextri laborabat (comp. Tab. 9, fig. 2). Superficies externa pulmonis dextri excavationem offert, in qua cystis pus continens et magnitudinem ovi adaequans inserta est.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo superior cartilaginis costae 4ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. In latere sinistro autem costae 4a usque ad 8am persectae conspiciuntur. — *G*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 7am cum 8a jungit. — *H*. Processus obliquus seu articularis vetebrae dorsi 8ae. — *I*. Radices processus spinosi vertebrae dorsi 7ae. — *K*. Apex processus spinosi vertebrae dorsi 6ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a''*. Inflexiones pleurae circa hilum pulmonum lateris dextri, quae in sinistro latere propter fortem adhaesionem pulmonum cum pleura non conspiciuntur. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *b*. *b*. Exsudatum purulentum cysticum in cavo pleurae dextrae. — *c*. *c*. Exsudatio serosa et plastica in cavo pleurae sinistrae. — *d*. Mediastinum anterius. — *d*. *d*. Saccus pericardii. — *f*. *f*. Plicae aut inflexiones pericardii. — *g*. *g*. Lamina serosa pericardii superficiem externam atrii dextri et ventriculorum cordis tegens. — *h*. Liquor serosus in cavo pericardii collectus. — *i*. Lobus medius pulmonis dextri. — *k*. Lobus inferior pulmonis dextri. Uterque in superficie externa concavitatem sat profundam offert, in qua cystis pus continens sita est. — *l*. Lobus superior pulmonis sinistri. — *m*. Lobus inferior ejusdem pulmonis. — *n*. Atrium dextrum ad 2 fere lin. Par. supra introitum venae cavae inferioris persectum. — *o*. Locus introitus venae cavae inferioris in atrium dextrum. — *p*. *p'*. Vena cordis magna Galeni transverse bis persecta. — *q*. Paries anterior et dexter ventriculi cordis dextri. — *r*. Cavum ventriculi dextri cum limbo inferiore orificii venosi dextri et cum lacinia valvulae tricuspidalis, quae parieti anteriori

ventriculi dextri propior est. — *s*. Septum ventriculorum. — *t*. Frustulum atrii cordis sinistri prope ad septum atriorum persecti. — *u*. Paries posterior ventriculi sinistri oblique persectus. — *v*. Nonnullae chordae tendineae laciniae valvulae mitralis cordis, quae propius ad septum ventriculorum situm habet. — *w*. Musculus papillaris ventriculi sinistri persectus. — *x*. Oesophagus. — *y*. Aorta descendens. — *z*. Vena azygos.

Fig. 3. Sectio transversa thoracis per marginem superiorem cartilaginis costae 4ae et papillam utriusque lateris, per costas 5, 6, 7, 8 et 9am nec non per marginem superiorem vertebrae dorsi 9ae ducta. Thorax pueri 15 annorum. Pulmo passim pleurae costali adhaerens. Nonnulli tuberculi miliares dispersi. Directio sectionis cordis magis, quam in aliis praeparatis horizontalis, quod verisimile a situ magis verticali cordis in hoc individuo pendet.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo superior cartilaginis costae 4ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Articulatio costae 9ae cum vertebra dorsi 9a. — *H*. Apex anguli inferioris scapulae. — *I*. Margo superior vertebrae dorsi 9ae. — *K*. Processus transversus. — *L*. Processus spinosus hujus vertebrae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *a'*. *a''*. Inflexiones pleurae (anterior et posterior circa hilum pulmonum). Spatium inter utrumque hoc punctum (*a'*. et *a''*.) parti inferiori hili aut portae pulmonum respondet. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *d*. Mediastinum anterius instar septi margines pulmonum anteriores separans. — *e*. *e*. Saccus pericardii. — *g*. *g*. Lamina serosa pericardii superficiem externam atrii dextri et ventriculorum cordis tegens. In hac sectione cordis, quae directionem magis horizontalem, quam aliae in tabula hac delineatae, habet, nullae inflexiones aut plicae pericardii animadvertuntur. — *i*. Lobus medius et *k*. Lobus inferior pulmonis dextri. — *l*. Lobus superior et *m*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *n*. Cavum atrii dextri inter introitum venae cavae superioris et inferioris persectum. Fossa ovalis et vena Galeni in superiore sectionis segmento restiterunt. — *q*. Paries anterior et cavum ventriculi dextri cordis. — *r*. Limbus inferior orificii venosi dextri et lacinia valvulae tricuspidalis, quae parieti anteriori ventriculi dextri propius sita est. Utraque altera lacinia hujus valvulae (septo ventriculorum et trunco arteriae pulmonalis propius sita) in segmento superiore sectionis restiterunt. — *s*. Septum ventriculorum. — *u*. Paries posterior ventriculi sinistri. — *v*. Rudimenta chordarum tendinearum valvulae mitralis, quae prope insertionem ipsarum ad marginem liberum valvulae (ad $^1/_4$ poll. Par.) persectae sunt. — *w*. Cavum ventriculi sinistri

coarctatum cum musculo papillari transverse persecto. — *y*. Oesophagus. — *y*. Aorta descendens. — *z. z*. Vena azygos et vena hemiazygos. — *1*. Ramus arteriae coronariae dextrae. — *2*. Ramus arteriae coronariae sinistrae. — *3*. *4*. Nervi phrenici.

Tab. 12. Quatuor sectiones transversae thoracis per marginem superum inferumque cartilaginis costae 4ae, per corpora vertebrarum dorsi 7, 8, 9 et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 6am cum 7a jungit, praesenti statu pathologico organorum respirationis, institutae. In his sectionibus variae partes cordis a bulbo aortae usque ad apicem conspiciuntur.

Fig. 1. Sectio transversa thoracis per marginem superum cartilaginis costae 4ae utriusque lateris, quae fibris adhuc musculorum intercostalium tecta est, per costas 4, 5, 6 et 7am atque per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 7ae ducta. Thorax viri mediae aetatis. Exsudatio gelatinosa in parte posteriore sacci pleurae utriusque lateris. Pulmones passim pleurae adhaerentes et infiltratione tuberculosa correpti.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 4a. Spatium inter *A*. et *B*. marginem superiorem cartilaginis costae 4ae continet fibris muscularibus tectum. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Scapula ad 1 poll. Par. supra angulum inferiorem persecta. — *G*. Margo superior corporis vertebrae dorsi 7ae. — *H*. Processus transversus hujus vertebrae. — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi 6ae. — *a. a. a*. Pleura costalis. — *a'. a''. a'. a''*. Inflexiones pleurae circa hilum pulmonum. — *a'''. a'''. a'''*. Pleura pulmonalis. — *b'*. Exsudatio gelatinosa in parte posteriore utriusque pleurae. — *c*. Septum ex utraque pleura costali compositum, quod marginem anteriorem unius pulmonis ab altero sejungit. — *d. d*. Saccus pericardii. — *d''. d''*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *e. e*. Inflexiones aut plicae pericardii. — *f. f*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis obtegens. — *f'. f''*. Plica pericardii inter radices venarum pulmonalium cavitatem quasi peculiare aut separatum formans. — *g*. Cavum atrii sinistri simul cum venis pulmonalibus inferioribus aut posterioribus persectum et coagulum sanguinis continens. Unus atrii hujus paries, qui propius bulbo aortae situs (inter *o*. et *q*.) ad ½ lin. Par. supra limbum orificii venosi persectus est. — *h. i*. Trunci venarum pulmonalium posteriorum persecti. — *k*. Cavum atrii dextri inter introitum utriusque venae cavae, sed propius venae cavae superiori (et infra igitur auriculam

dextram) persectum. — *l*. Septum atriorum. — *m*. Cavum ventriculi dextri cordis infra conum arteriosum et ad 3 lin. Par. supra orificium venosum dextrum seu atrioventriculare transectum. — *n*. Pars septi ventriculorum et parietis superioris ventriculi sinistri. — *o*. *o*. Bulbus aortae cum valvulis semilunaribus et sinibus Valsalvae. — *p*. *q*. Duae valvulae semilunares aortae, quarum margo liber aut superior persectus est; tertia valvula in segmento superiore sectionis remansit. — *r*. Vena cordis magna Galeni. — *s*. Arteria coronaria cordis dextra. — *t*. Oesophagus. — *u*. Aorta descendens. — *v*. Ductus thoracicus. — *w*. Vena azygos. — *x*. Glandula bronchialis tumefacta. — *y*. Vena hemiazygos. — *1*. *1*. Nervi phrenici. — *2*. *2*. Nervi vagi. — *3*. *3*. Ganglia nervi sympathici. — *α*. *αα*. Lobus medius et inferior pulmonis dextri. — *β*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *γ*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis.

Fig. 2. Sectio transversa thoracis per marginem inferiorem cartilaginis costae 4ae, per costas 5, 6, 7, 8 et 9am et per marginem inferiorem corporis vertebrae dorsi 8ae ducta. Thorax juvenis. Pulmones fere in statu normali, si nonnulla tubercula exceperis.

Superficies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Margo inferior cartilaginis costae 4ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *H*. Apex anguli inferioris scapulae. — *I*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 8ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a''*. Inflexiones aut plicae pleurarum (anterior et posterior). In sinistro latere una harum inflexionum ob adhaesionem pleurarum non conspicitur. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *d*. *d*. *d*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis obtegens. Hac in sectione nulla plica pericardii conspicitur. — *e*. *f*. Atrium dextrum supra introitum venae cavae inferioris persectum. — *g*. Limbus superior orificii venosi seu atrioventricularis dextri. — *h*. Lacinia valvulae tricuspidalis interna, quae propius ad septum ventriculorum sita est. — *k*. Cavum atrii sinistri, limbus superior orificii venosi sinistri et valvula mitralis. Hic conspicitur externa pars valvulae (quae ad posteriorem parietem ventriculi sinistri propius sita est), altera vero pars, sub septo ventriculorum abscondita est; chordae tendineae hujus valvulae prope insertionem ad marginem liberum persectae sunt. — *l*. Margo posterior aut sinister ventriculi sinistri cordis oblique persecti. — *m*. Septum ventriculorum. — *n*. Oesophagus. — *o*. Aorta descendens. — *p*. Vena azygos. — *α*. Lobus superior et *α*. *α*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *β*. Lobus medius et *β*. *β*. Lobus inferior pulmonis dextri. — *γ*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis.

Fig. 3. Sectio transversa thoracis per marginem inferiorem cartilaginis costae 4ae et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 9ae ducta. Thorax viri, qui tuberculosi pulmonum in ultimo gradu laborabat (Tab. 9, fig. 1).

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo inferior cartilaginis costae 4ae. — *C*. Frustulum capituli costae 9ae. — *D*. Margo superior vertebrae dorsi 9ae ad 3 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 8am cum 9a jungit, persectae. — *E*. Processus transversus hujus vertebrae. — *a*. *a''*. *a''*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura pulmonalis. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *c'*. *c'*. Inflexiones aut plicae pericardii. — *d*. *d*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *e*. *e*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *f*. Atrium dextrum in loco, ubi vena cordis magna Galeni in cavum ipsius evacuatur, persectum. — *g*. Frustulum parietis posterioris atrii cordis sinistri, cavum atrii sinistri supra sectionem intactum restitit. — *h*. Vena cordis magna Galeni secundum diametrum longitudinalem persecta. — *i*. Pars marginis superioris valvulae tricuspidalis ad limbum orificii venosi dextri adhaerens et frustulum marginis inferioris ejusdem valvulae cum nonnullis chordis tendineis. — *k*. Margo dexter anterior ventriculi cordis dextri. — *l*. Pars valvulae tricuspidalis, quae parieti dextro anteriori ventriculi propius sita est. — *m*. Septum ventriculorum et paries ventriculi sinistri oblique persecti. — *n*. Pars cavi ventriculi sinistri prope ad apicem cordis. — *o*. Oesophagus. — *p*. Aorta descendens. — *q*. Vena azygos.

Fig. 4. Sectio transversa per marginem inferum cartilaginis costae 4ae et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 6am cum 7a. jungit, ducta. Thorax viri, qui pneumothorace lateris sinistri laborabat (comp. Tab. 10, fig. 2). Cavum pericardii et cor aëre, quo pleura sinistra extenditur, compressum.

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo inferior cartilaginis costae 4ae et particula costae 4ae. — *C*. Capitulum costae 7ae. — *D*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 6am cum 7a jungit. — *E*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi 6ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. *a''*. *a''*. Inflexiones (anterior et posterior) pleurae circa hilum pulmonum. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *b*. Cavum pleurae sinistrae aëre extensum. — *c*. Lobus inferior pulmonis sinistri aëre in pleura contento compressus. — *d*. Mediastinum anterius. — *e*. *e*. *e*. Saccus pericardii. — *f*. *f*. Inflexiones pericardii. — *g*. *g*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *h*. Cavum pericardii liquorem serosum

continens et aspectum angulosum ob compressionem aëris, in cavo pleurae inclusi, referens. —*i. i.* Plica pericardii inter radices venarum pulmonalium. — *k.* Auricula cordis dextra. — *k'.* Cavum atrii dextri inter introitum venarum cavarum persectum. — *l.* Cavum atrii sinistri cum finibus venarum pulmonalium superiorum. — *l'.* Apex auriculae sinistrae et vena cordis magna Galeni. — *m.* Spatium inter atrium dextrum et ventriculum dextrum, aut sulcus circularis cordis. — *n.* Arteria cordis coronaria dextra. — *o.* Paries anterior ventriculi dextri. — *p.* Cavitas ventriculi dextri infra conum arteriosum persecta. — *q.* Paries ventriculi sinistri et septum ventriculorum. — *r.* Bulbus aortae et *s. s. t.* Tres valvulae semilunares. — *s. s.* Margo inferior duarum valvularum semilunarium; margo autem inferior unius harum valvularum, *t.*, atrio dextro propius sitae, persectus est. — *u.* Aorta descendens. — *x.* Oesophagus. — *y.* Vena azygos. — *γ.* Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis.

Tab. 13. Tres sectiones transversae per mediam et inferam partem cartilaginis costae 4^{ae} et per cartilagines intervertebrales, quae vertebram 6^{am} cum 7^{a}, et 8^{am} cum 9^{a} jungunt, nec non per corpus vertebrae dorsi 8^{ae}, praesente statu pathologico pulmonum et cordis, ductae.

Imagines tabularum 11^{ae}, 12^{ae} et 13^{ae} inter se comparando etiam, (de quo jam monui, vid. explicationem Tab. 10^{ae}), admodum diversas cordis partes serra feriri, animadvertimus. Revera sectiones transversas modo per bulbum aortae, conum arteriosum, mediam partem utriusque atrii (ut in fig. 1 et 4, Tab. 10), modo per orificia venosa cordis cum valvulis (ut in fig. 2, Tab. 11 et 12, in fig. 1 et 2, Tab. 13), modo denique per infimam partem cavitatum ventriculorum et atriorum cordis (ut in fig. 1, Tab. 11 et fig. 2, Tab. 12) ductas observamus, quod etiam diversa alteratione pathologica pulmonum et cordis variisque lineae secantis (etiamsi parvis) declinationibus ac diverso statu organorum abdominis explicatur.

Fig. 1. Sectio transversa per marginem inferiorem cartilaginis costae 4^{ae} per costas 4^{am}, 5^{am}, 6^{am}, 7^{am}, 8^{am}, et 9^{am}, nec non per marginem inferiorem corporis vertebrae dorsi 8^{ae} ducta. Thorax viri mediae aetatis. Pleura costalis pleurae pulmonali adhaerens. Infiltratio tuberculosa pulmonum.

Superficies superior sectionis: *A.* Os sterni. — *B.* Margo inferior cartilaginis costae 4^{ae}. — *C.* Costa 4^{a}. — *D.* Costa 5^{a}. — *E.* Costa 6^{a}. — *F.* Costa 7^{a}. — *G.* Costa 8^{a}. — *H.* Frustulum capituli costae 9^{ae}. —

I. Angulus inferior scapulae sinistrae parumper demissae. — *K*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 8ae. — *L*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi 9ae. — *M*. Processus spinosus vertebrae dorsi 8ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. Inflexiones pleurae. Alterae ipsius inflexiones (anteriores) ob fortem adhaesionem pleurarum non conspiciuntur. — *a''*. *a''*. *a''*. Pleura pulmonalis. — *α*. Lobus superior et *α*. *α*. lobus inferior pulmonis sinistri. — *β*. Lobus medius et *β*. *β*. lobus inferior pulmonis dextri. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *c'* *c'*. Inflexiones pericardii circa introitum venae cavae inferioris in atrium dextrum cordis. — *d*. *d*. *d*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. Cavum pericardii liquorem serosum glaciatum continens. — *f*. Cavum atrii dextri cordis ad 8 lin. Par. infra auriculam persecti. — *g*. Limbus superior orificii venosi dextri cordis. — *h*. Introitus venae cavae superioris. — *i*. Laciniae valvulae tricuspidalis, quarum una ad septum ventriculorum, altera ad conum arteriosum ventriculi dextri propius sita. Margo liber aut inferior hujus valvulae cum nonnullis chordis tendineis persectus est. — *k*. Paries dexter anterior ventriculi dextri cordis ac ea pars cavitatis ipsius, quae in conum arteriosum ducit. — *l*. Cavum atrii sinistri ad 1 poll. Par. infra auriculam persecti. Auricula sinistra et quatuor trunci venarum pulmonalium in hoc segmento intacti restabunt. — *m*. Introitus in truncum venae pulmonalis sinistrae. — *n*. Introitus in cavum auriculae ex cavo atrii ducens. — *o*. Valvula mitralis; (sectio per marginem liberum et per nonnullas chordas tendineas ducta est). — *p*. Paries ventriculi sinistri cordis per orificium atrioventriculare ita persecti, ut maxima pars cavitatis hic appareat. — *q*. Musculus papillaris ventriculi sinistri. — *r*. Septum ventriculorum et atriorum. — *s*. Vena cordis magna Galeni. — *t*. Oesophagus — *x*. Vena azygos. — *y*. Aorta descendens.

Fig. 2. Superficies inferior ejusdem sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 4ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *H*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 8am cum 9a jungit. — *I*. Processus obliquus et *K*. Processus spinosus vertebrae dorsi 8ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a*. *a*. *a*. Pleura pulmonalis. Inflexiones pleurarum propter adhaesionem pleurae costalis cum pulmonali non conspiciuntur. Margo anterior pulmonis dextri non totam cavitatem pleurae occupat, ita ut laminae pleurae costalis sub sterno, spatio fere $^{3}/_{4}$ poll. Par. longo, altera alteri contigua sit. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *c'*. *c'*. Inflexiones pericardii circa introitum venae cavae inferioris. — *d*. *d*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *e*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *f*. Introitus venae cavae inferioris in cavum atrii dextri cordis. — *g*. Pars inferior

et externa limbi orificii venosi dextri. — *h*. Pars valvulae tricuspidalis parieti cordis dextro propior. — *i*. Truncus venae cordis magnae Galeni in sulco cordis transverso decurrens et persectus. — *k*. Valvula Thebesii et introitus venae coronariae cordis magnae (Galeni). — *l*. Frustulum arteriae coronariae cordis. — *m*. Pars inferior cavitatis ventriculi dextri. — *n*. Septum atriorum. — *o*. Paries posterior ventriculi cordis sinistri. — *p*. Cavitas ventriculi sinistri non procul ab apice cordis cum nonnullis chordis tendineis valvulae mitralis, cum trabeculis, et musculis papillaribus. — *q*. Oesophagus. — *r*. Aorta descendens. — *s*. Vena azygos. — *y*. Cavum durae meningis medullae spinalis et medulla spinalis.

Fig. 3. Sectio transversa thoracis per mediam partem cartilaginis costae 4^{ae} sinistrae et per marginem inferiorem spatii intercostalis 4^{i} lateris dextri, per costas 5^{am}, 6^{am} et 7^{am} nec non per fibrocartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 6^{am} cum 7^{a} jungit, ducta. Thorax juvenis 20 annorum, qui hydropericarditide laborabat. Exsudatio serosa in parte posteriore utriusque pleurae. Pulmones compressi et in statu hyperaemico. Insufficientia valvularum semilunarium aortae ex endocarditide orta. Valvulae hae exsudationibus plasticis rugosis obsitae. Levis hypertrophia ventriculi sinistri cordis.

Superficies superior sectionis: Auricula dextra et atrium dextrum prope ad introitum venae cavae inferioris, atrium sinistrum vero, infra introitum venarum pulmonalium persectum. Conus arteriosus ventriculi dextri oblique persectus ita, ut pars anterior superior sectionis ad 14 lin. Par. a margine inferiore valvularum semilunarium arteriae pulmonalis, pars vero posterior, (quae septo ventriculorum propior est) ad 6 lin. Par. a margine hoc distet. — Paries superior et posterior ventriculi sinistri etiam oblique persectus est ita, ut pars suprema cavitatis hujus ventriculi sectione aperta sit. Bulbus aortae ita persectus est, ut sectio prope supra marginem inferiorem duarum valvularum semilunarium aortae ducta sit; una vero harum valvularum fere intacta maneat.

Tab. 14. Quatuor sectiones transversas thoracis per mediam et inferiorem partem spatii intercostalis quarti (inter cartilagines costae 4^{ae} et 5^{ae}), per corpus vertebrae dorsi 7^{ae} et 8^{ae} atque per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 7^{am} cum 8^{a} et 8^{am} cum 9^{a} jungit, ductas adumbrat. — Tres harum sectionum in thorace sano, una vero hydropericarditide praesenti institutae sunt.

Fig. 1. Sectio transversa per superiorem et mediam partem spatii intercostalis quarti et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 8ae (ad 3 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 7a jungit), ducta. Thorax juvenis 16 annorum. Organa thoracis in statu normali (comp. Tab. 10, fig. 1).

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Spatium intercostale quartum. — *C*. Frustulum costae 8ae. — *I*. Corpus vertebrae dorsi 8ae. — *K*. Processus transversus hujus vertebrae et *L*. processus spinosus vertebrae dorsi 7ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis lateris dextri, infra hilum pulmonis persecta. — *a'*. *a'*. Inflexiones pleurae sinistrae, circa hilum pulmonis. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *d*. Inflexiones pericardii, una alteri plane contigua. — *e*. *e*. Lamina serosa superficiem externam cordis tegens. — *f*. Cavum atrii dextri infra auriculam et inter introitum utriusque venae cavae persectum. — *g*. Valvula tricuspidaliis. Margo inferior duarum laciniarum hujus valvulae (quae septo ventriculorum et margini dextro cordis propiores sunt) persectus est. — *h*. Chordae tendineae et *i*. musculi papillares valvulae tricuspidalis. — *k*. Septum ventriculorum. — *l*. Septum atriorum. — *m*. Cavum atrii sinistri infra auriculam sinistram et infra introitum venarum pulmonalium persectum. — *n*. Valvula mitralis, cujus margo insertus et liber ex parte percisus est. Sectio igitur per utrumque orificium atrioventriculare ducta est. — *p*. Paries posterior ventriculi sinistri. — *q*. Vena coronaria cordis magna Galeni. — *r*. Ramus venae pulmonalis sinistrae. — *s*. Oesophagus. — *t*. Aorta descendens. — *u*. Vena azygos. — *y*. Cavum durae meningis et medulla spinalis.

Fig. 2. Sectio transversa thoracis per mediam fere partem spatii intercostalis quarti, per costas 5am, 6am, 7am, 8am et 9am et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 8am cum 9a jungit, ducta. Thorax juvenis 17 annorum. Pulmo fere sanus, si nonnulla tubercula dispersa exceperis.

Superficies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa 5a. — *C*. Costa 6a. — *D*. Costa 7a. — *E*. Costa 8a. — *F*. Costa 9a. — *I*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 8am cum 9a jungit. — *K*. Processus obliquus vertebrae dorsi 9ae. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 8ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a''*. Inflexiones pleurae circa hilum pulmonis dextri. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *b*. *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. Saccus pericardii. — *d*. *d*. Inflexiones aut plicae pericardii. — *e*. *e*. *e*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *f*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *g*. Cavum atrii dextri

cordis oblique per orificium cordis venosum dextrum persecti ita, ut major pars limbi orificii hujusce hic maneat. — *h*. Introitus venae cavae inferioris. — *i*. *i*. Limbus inferior orificii venosi seu atrioventricularis dextri. — *k*. Duae laciniae valvulae tricuspidalis fere intactae, (una septo ventriculorum, altera parieti dextro cordis propior). — *l*. Septum ventriculorum cordis. — *m*. Paries posterior ventriculi sinistri. — *n*. Cavum ventriculi sinistri cum nonnullis chordis tendineis valvulae mitralis. — *o*. Vena cordis coronaria magna cum parvo frustulo atrii sinistri. — *p*. Oesophagus. — *q*. Vena cava inferior. — *r*. Aorta descendens, — *y*. Cavum durae meningis et medulla spinalis.

Fig. 3. Sectio transversa per marginem superum spatii intercostalis quarti et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 7^{am} cum 8^{a} jungit, ducta. — Thorax juvenis 16 annorum. Pulmones sani.

Superficies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae $4^{ae.}$ — *C*. Costa $8^{a.}$ — *I*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 7^{am} cum 8^{a} jungit. — *K*. Processus obliquus seu articularis vertebrae dorsi $8^{ae.}$ — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — *a'*. *a''*. Inflexiones pleurarum circa hilum pulmonum. — *b*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *d*. *d*. Inflexiones aut plicae pericardii. — *e*. *e*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *f*. *f*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *g*. Margo superior orificii venosi dextri et margo accretus valvulae tricuspidalis. Una lacinia hujus valvulae in inferiore sectionis segmento restitit; hic *h*. *h*. aliae duae laciniae conspiciuntur, quarum margo tam superior (accretus), quam inferior (liber) ex parte persectus est. — *i*. Paries et cavum ventriculi dextri oblique persecti. — *k*. Septum ventriculorum. — *l*. Septum atriorum cordis. — *m*. Atrium sinistrum circa introitum venarum pulmonalium inferiorum persectum. — *u*. Una lacinia valvulae mitralis, cujus margo inferior cum chordis tendineis persectus est. — *o*. Paries posterior ventriculi sinistri et pars cavitatis, quae in orificium arteriosum sinistrum ducit. — *p*. Oesophagus. — *q*. Aorta descendens. — *r*. Vena azygos. — *y*. Cavum durae meningis et medulla spinalis.

Fig. 4. Sectio transversa per marginem inferum spatii intercostalis quarti, per costam 5^{am}, 6^{am}, 7^{am} et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 7^{ae}, ex parte adhuc cartilagine intervertebrali obtectum, ducta. Thorax viri, qui hydropericarditide laborabat (comp. Tab. 12, fig. 3).

Facies inferior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Costa $6^{a.}$ — *C*. Costa $7^{a.}$ — *D*. Costa $8^{a.}$ — *E*. Costa $9^{a.}$ — *F*. Angulus inferior scapulae. — *I*. Margo

superior corporis vertebrae dorsi $7^{ae.}$ — *K*. Processus transversus. — *L*. Processus spinosus hujus vertebrae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. *a'*. Inflexiones pleurae circa hilum pulmonum, in latere dextro pericardio extenso tectae. — *a''*. *a''*. Pleura pulmonalis. — *b*. *b*. Partes anteriores utriusque sacci pleurae liquorem serosum continentes. — *b*. *b*. Posterior pars cavitatis pleurae utriusque lateris, liquorem serosum continens. — *e*. *e*. *e*. Saccus pericardii liquore seroso magnopere extensus. — *f*. Inflexiones pericardii. — *g*. *g*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *h*. *h*. Liquor serosus in cavo pericardii glaciatus. — *i*. Lobus inferior et *k*. lobus medius pulmonis dextri. — *l*. Lobus inferior et *m*. lobus superior pulmonis sinistri. — *n*. Posterior pars cavitatis atrii dextri et introitus venae cavae inferioris in cavitatem hujus atrii. — *o*. Atrium sinistrum inter radices venarum pulmonalium persectum et plica pericardii tectum. — *p*. Septum atriorum. — *q*. Paries ventriculi dextri cordis cum parte superiore limbi orificii venosi dextri. — *r*. Cavum ventriculi dextri cum valvula tricuspidali fere intacta, si modo chordas nonnullas tendineas sectione divisas exceperis. — *s*. Septum ventriculorum. — *t*. Frustulum parietis posterioris bulbi aortae. — *u*. Paries posterior ventriculi sinistri hypertrophici. — *w*. Cavum ventriculi sinistri oblique persecti cum musculo papillari et valvula mitrali in longitudinem persecti. Paries superior limbi orificii venosi sinistri sectione remotus est. — *x*. Oesophagus. — *y*. Aorta descendens. — *z*. Vena azygos. — *γ*. Cavum durae meningis et medulla spinalis.

Tab. 15. Quatuor sectiones transversas thoracis per cartilaginem costae 5^{ae} et per corpus vertebrae dorsi 8^{ae} et 9^{ae}, atque per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 8^{am} cum 9^{a} jungit, ductas effingit.

Fig. 1. Sectio transversa, partim per marginem sternalem cartilaginis costae 5^{ae}, partim per spatium intercostale quartum et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 8^{am} cum 9^{a} jungit, facta. Thorax viri. Pulmones sani. Cavum pericardii parvam quantitatem liquoris serosi continens.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Extremitas sternalis cartilaginis costae $5^{ae.}$ — *C*. Costa $9^{a.}$ — *D*. Cartilago intervertebralis vertebram dorsi 8^{am} cum 9^{a} jungens. — *E*. Processus obliquus superior vertebrae dorsi $9^{ae.}$ — *F*. Processus spinosus vertebrae dorsi $8^{ae.}$ — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. et *a''*. *a''*. Inflexiones aut plicae pleurarum circa hilum pulmonum. — *b*. *b*. Margines anteriores pulmonum. — *c*. *c*. Pericardium. — *d*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *c'*. *c'*. Inflexiones laminae serosae pericardii. — *e*. Atrium dextrum cordis, proxime ad introitum

venae cavae inferioris persectum. — *f*. Vena cordis magna Galeni, in longitudinem persecta cum *g*. particula parietis atrii cordis sinistri. — *h*. *i*. Cavitates ventriculi dextri et sinistri prope ad apicem cordis percisae. — *k*. Oesophagus. — *l*. Aorta descendens. — *m*. Vena azygos.

Fig. 2. Facies inferior ejusdem sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Extremitas sternalis cartilaginis costae 5ae. — *C*. Extremitas sternalis cartilaginis costae 6ae. — *D*. Costa 5a. — *E*. Costa 6a. — *F*. Costa 7a. — *G*. Costa 8a. — *H*. Costa 9a. — *I*. Cartilago intervertebralis vertebram dorsi 8am cum 9a jungens. — *K*. Arcus posterior vertebrae dorsi 8ae. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 9ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis dextra. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura costalis et pulmonalis sinistra. — *b*. Lobus medius et *c*. lobus inferior pulmonis dextri. — *b'*. Lobus superior et *c'*. inferior pulmonis sinistri. — *d*. *d*. Basis pericardii cum parte tendinea diaphragmatis (*g'*) coalita. — *e*. Cavum pericardii liquore seroso impletum. — *f*. Apex cordis. — *g*. *g'*. Pars tendinea diaphragmatis. — *h*. Facies abdominalis diaphragmatis peritonaeo vestita. — *h'*. Apex lobi dextri hepatis. — *i*. Vena cava inferior. — *k*. Oesophagus. — *l*. Aorta descendens. — *m*. Vena azygos.

Fig. 3. Sectio transversa per marginem inferum cartilaginis costae 5ae et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 9ae (ad 3 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram 8am cum 9a jungit), ducta. Thorax viri. Pulmones in statu normali.

Facies superior sectionis: *A*. Basis processus xyphoidei. — *B*. Margo sternalis cartilaginis costae 7ae. — *C*. Margo sternalis cartilaginis costae 6ae. — *D*. Margo inferior cartilaginis costae 5ae. — *E*. Margo superior vertebrae dorsi 9ae (ad 3 lin. Par. infra cartilaginem intervertebralem). — *F*. *F*. Processus transversus ejusdem vertebrae. — *G*. Processus spinosus vertebrae dorsi 8ae. — *a*. *a*. *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis dextra et sinistra. — *b*. *b*. Pericardium prope ad basin persectum. — *c*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *d*. Parva particula parietis inferioris atrii dextri oblique percisi. — *e*. *e*. Introitus venae cavae inferioris in atrium dextrum. — *f*. Ramus venosus in sulcum longitudinalem posteriorem cordis decurrens. — *g*. Apex cordis. — *h*. Apex cavitatis ventriculi dextri et *i*. ventriculi sinistri cordis. — *k*. Oesophagus. — *l*. Aorta descendens. — *m*. Vena azygos.

Fig. 4. Sectio transversa per cartilaginem costae 5ae, per costas 5am, 6am, 7am, 8am, 9am, et per marginem inferum corporis vertebrae dorsi 8ae ducta. — Thorax viri, qui empyemate partiali lateris dextri laborabat. Collectio puris

in cavo pleurae hujusce lateris formam sacci ovati referens. Facies convexa pulmonis dextri inter diaphragma et saccum purulentum magnopere compressi, concava facta est, quam ob rem pulmo transverse persectus aspectum peculiarem polygonium offert. Pleura costalis sinistra stratis fibrinosis obtecta et cum pleura pulmonali firmiter coalita (comp. cum Tab. 11, fig. 2).

A. Os sterni. — *B*. Margo sternalis cartilaginis costae 5ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *H*. Margo inferus vertebrae dorsi 8ae. — *I*. Processus obliquus vertebrae dorsi 9ae. — *K*. Processus spinosus vertebrae dorsi 8ae. — *a. a. a*. Pleura costalis. Limites pleurae sinistrae propter exsudatum fibrinosum non clare conspiciuntur. — *a'. a'. a'*. Pleura pulmonalis dextra. — *b*. Empyema cystiforme. — *c. c*. Pars muscularis et *d. d*. Pars tendinea diaphragmatis cum pericardio coalita. — *e. e*. Basis pericardii. — *f*. Cavum pericardii liquorem serosum continens. — *g*. Apex cordis et pars infima cavitatum ventriculi dextri et sinistri. — *h*. Pars suprema lobi dextri hepatis. — *i*. Lobus inferior et et *k*. lobus medius pulmonis dextri. — *l. m*. Lobi pulmonis sinistri. — *n*. Vena cava inferior. — *o*. Oesophagus. — *p*. Aorta descendens.

Tab. 16. Tres sectiones transversas per cartilaginem costae 5ae et per corpus vertebrae dorsi 7ae, per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 9am cum 0a jungit, atque per corpus vertebrae dorsi 10ae ductas adumbrat. Una harum sectionum in thorace sano instituta est, utraque altera statum pathologicum pulmonum offert.

Fig. 1. Sectio transversa per basin processus ensiformis sterni, per extremitatem sternalem cartilaginis costae 6ae, et per marginem inferum cartilaginis costae 5ae, ducta. Limites sectionis ad utrumque latus costae 6, 7, 8, 9 et 10, posteriora versus autem margo inferior cartilaginis, quae vertebram dorsi 9am cum 10a jungit, constituunt. Thorax viri. Organa respirationis et circulationis nullo morbo affecta.

Facies superior sectionis: *A*. Cartilago costae 6ae. — *B*. Margo inferior cartilaginis costae 5ae. — *C*. Costa 6a. — *D*. Costa 7a. — *E*. Costa 8a. — *F*. Costa 9a. — *G*. Costa 10a. — *H*. Margo inferior cartilaginis intervertebralis, quae vertebram dorsi 9am cum 10a jungit. — *I*. Processus obliquus vertebrae dorsi 10ae. — *K*. Processus spinosus vertebrae dorsi 9ae. — *a. a. a*. Pleura costalis. — *a'. a''. a'. a''*. Inflexiones pleurarum circa

hilum pulmonum. — *a'''. a'''*. Pleura pulmones obvolvens. — *b*. Lobus superior et *c*. lobus inferior pulmonis sinistri. — *d. d. d*. Saccus pericardii. — *e. e. e*. Lamina serosa pericardii cor obvolvens. — *f. f*. Liquor serosus in cavo pericardii congelatus. — *g*. Cavum ventriculi dextri juxta apicem cordis oblique persectum. — *h*. Pars parietis ventriculi dextri septo ventriculorum vicina. — *i*. Ventriculus sinister cordis ad 3 lin. Par. supra apicem cordis percisus. — *k*. Pars tendinea diaphragmatis. — *k'. k'. k'*. Pars muscularis diaphragmatis. — *k''. k''*. Initium crurum diaphragmatis supra foramen oesophageum. — *l*. Apex sacci caeci ventriculi. — *m*. Apex lobi dextri hepatis. — *n*. Vena cava inferior. — *o*. Oesophagus. — *p*. Aorta descendens. — *q*. Vena azygos.

Fig. 2. Sectio transversa per mediam partem cartilaginis costae 5ae. per costas 5, 6, 7, 8, 9 et 10 et per corpus vertebrae dorsi 10ae ad $2\frac{1}{2}$ lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 9a jungit, facta. Thorax viri adulti. Cavum pleurae dextrae et pericardii liquorem serosum exsudatum continet. Pulmones tuberculosi (in ultimo ejus stadio) affecti.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni cum initio cartilaginis costae 6ae. — *B*. Cartilago costae 5ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *H*. Costa 10a. — *I*. Corpus vertebrae dorsi 10ae. — *K*. Processus obliquus vertebrae dorsi 10ae. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 9ae. — *a. a. a. a*. Pleura costalis. — *a'. a'. a'. a'*. Pleura pulmonalis. — *b. b*. Liquor serosus congelatus in cavo pleurae dextrae. — *c. c*. Lobi superior et medius utriusque pulmonis. — *d. d*. Lobi inferiores pulmonum, infra hilum persecti, quam ob rem pleura cinguli instar pulmonem persectum circumcingit neque inflexiones pleurarum conspiciuntur. — *bb. bb*. Pars muscularis et *bb'. bb'*. pars tendinea diaphragmatis. — *e. e. e*. Saccus pericardii. — *f. f. f*. Lamina serosa pericardii apicem cordis obvolvens. — *g. g*. Liquor serosus congelatus in cavo pericardii. — *h*. Paries inferior ventriculi dextri prope ad apicem cordis percisi. — *i*. Apex lobi dextri hepatis. — *k*. Vena cava inferior paulo infra introitum in atrium cordis dextrum persecta. — *l*. Oesophagus. — *m*. Aorta descendens. — *n*. Vena azygos.

Fig. 3. Sectio transversa thoracis per extremitatem sternalem cartilaginis costae 5ae et per marginem inferiorem vertebrae dorsi 7ae, ad 7 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 6a jungit, ducta. Thorax viri, qui pneumothorace laborabat (comp. Tab. 10, fig. 2).

Facies sectionis superior. *A*. Os sterni. — *B*. Extremitas sternalis cartilaginis costae 5ae. — *C*. Margo inferior vertebrae dorsi 7ae. — *D*. Arcus posterior vertebrae dorsi 7ae. — *E*. Frustulum capituli costae 8ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. Inflexiones pleurarum circa hilum pulmonum — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *b*. Margo anterior pulmonis sinistri. — *c*. Cavum pleurae sinistrae aëre extensum. — *d*. *d*. Saccus pericardii liquorem serosum *e*. continens et propter compressionem aëris, qui in cavo pleurae sinistrae continetur, aspectum angulosum habens — *f*. *f*. Inflexiones laminae serosae pericardii in superficiem externam cordis. — *f'*. *f'*. *f'*. Lamina serosa pericardii cor obvolvens. — *g*. Atrium dextrum cordis. — *h*. *h*. Margo aut limbus superior ostii venosi dextri cum frustulis valvulae tricuspidalis. — *i*. *i*. Cavum ventriculi dextri, duas lacinias valvulae tricuspidalis: anteriorem (*h'*) et lateralem sinistram, quae septo ventriculorum vicina est, continens; tertia lacinia, posterior, in inferiore segmento thoracis simul cum limbo inferiore orificii venosi dextri relicta est. — *i'*. Septum ventriculorum. — *k*. Septum atriorum. — *l*. *l*. Atrium sinistrum paulo infra introitum venarum pulmonalium persectum. — *m*. Limbus superior ostii venosi sinistri et vestigium unius laciniae valvulae mitralis, cujus altera lacinia etiam in segmento inferiore thoracis persecti, relicta est. — *n*. Cavum ventriculi sinistri. — *o*. Oesophagus. — *p*. Aorta descendens. — *q*. Vena azygos et ramus ipsius collateralis.

Tab. 13. Quatuor sectiones transversas per cartilaginem costae 5ae, per spatium intercostale quintum et per cartilaginem costae 6ae ductas, adumbrat.

Fig. 1. Sectio transversa per marginem inferiorem cartilaginis costae 5ae et per corpus vertebrae dorsi 8ae, ad 5 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum vertebra 7a jungit, ducta. Thorax viri, qui pneumothorace laborabat (comp. Tab. 16, fig. 3).

Facies superior sectionis: *A*. Basis processus ensiformis ossis sterni. — *B*. Cartilago costae 7ae. — *C*. Cartilago costae 6ae. — *D*. Margo inferior cartilaginis costae 5ae cum frustulo costae 5ae. — *E*. Corpus vertebrae dorsi 8ae. — *F*. Processus transversus vertebrae dorsi 8ae. — *G*. Costa 8a. — *a*. *a*. *a* Pleura costalis. — *a'*. *a''*. Inflexiones pleurarum dextrae et sinistrae circa hilos pulmonum. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Pleura pulmonalis. — *b*. Margo anterior pulmonis sinistri aëre in pleura hujusce lateris incluso compressus. — *b'*. Cavum pleurae sinistrae aëre impletum. — *b''*. Pulmo dexter. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *d*. *d*. Inflexiones laminae serosae pericardii in superficiem externam cordis. — *e*. *e*. *e*. Lamina serosa pericardii super-

ficiem externam cordis obvolvens. — *f. f.* Cavum pericardii, liquorem serosum continens et aspectum angulosum (propter compressionem aëris, quem cavum pleurae sinistrae continet) habens. — *g.* Atrium dextrum paulo supra introitum venae cavae inferioris persectum. — *h. h. h.* Cavitas ventriculi dextri infra insertionem tendinum valvulae tricuspidalis ad musculos papillares percisa. — *i.* Septum ventriculorum. — *k. k.* Cavitas ventriculi sinistri etiam infra insertionem tendinum valvulae mitralis oblique persecta. — *l.* Musculus papillaris ventriculi sinistri. — *m.* Oesophagus. — *n.* Aorta descendens. — *o.* Vena azygos cum ramulo intercostali.

Fig. 2. Sectio transversa thoracis per spatium intercostale quintum (inter cartilagines costae 5ae et 6ae) per costas 6, 7, 8, 9 et 10am, et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 10ae, facta. Thorax viri mediae aetatis. Pulmones per insufflationem aëris distenti, ceterum in statu normali.

Facies inferior sectionis: *A.* Os sterni. — *B.* Margo sternalis cartilaginis costae 7ae. — *C.* Cartilago costae 7ae. — *D.* Cartilago costae 6ae. — *D'.* Spatium intercostale quintum. — *E.* Costa 6a. — *F.* Costa 7a. — *G.* Costa 8a. — *H.* Costa 9a. — *I.* Costa 10a. — *K.* Processus transversus vertebrae dorsi 10ae. — *L.* Processus spinosus vertebrae dorsi 9ae. — *M.* Margo superior corporis vertebrae dorsi 10ae. — *a. a. a. a. a. a.* Pleura costalis utriusque lateris. — *b. b. b. b.* Pleura diaphragmatica utriusque lateris. — *c. c. c. c. c.* Pleura pulmonalis dextra et sinistra. — *d.* Margo anterior lobi inferioris pulmonis dextri. — *e.* Margo posterior ejusdem lobi. — *f. f.* Lobus inferior pulmonis sinistri. — *g. g.* Finis sacci pericardii parti tendineae diaphragmatis accreti. — *h.* Stratum textus adiposi spatium inter basin pericardii et saccum pleurae occupans. — *i. i. i. i. i.* Diaphragma. — *k. k.* Fasciculi carnei diaphragmatis infra foramen oesophageum persecti. — *l. l. l. l.* Facies abdominalis diaphragmatis peritonaeo vestita. — *m. m. m.* Involucrum peritonaeale hepatis. — *n.* Ligamentum suspensorium hepatis. — *o.* Inflexum peritonaei circa lobum Spigelii hepatis. — *o. o. p.* Apex lobi Spigelii et initium cavi omenti minoris. — *q.* Ligamentum phrenico-hepaticum. — *r.* Vena cava inferior. — *s.* Lobus dexter et *s'.* lobus sinister hepatis. — *t.* Fundus sacci caeci ventriculi. — *u.* Plica omenti majoris inter splenem et saccum caecum ventriculi, lieni accreta. — *v.* Margo superior lienis. — *w.* Oesophagus. — *x.* Aorta descendens. — *y.* Vena azygos. — *z.* Vena hemiazygos.

Fig. 3. Sectio transversa partim per marginem sternalem cartilaginis costae 6ae, partim per spatium intercostale quintum et per corpus vertebrae dorsi 9ae ad

lin. 3 Par. supra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 10ª jungit, ducta. Thorax viri. Organa respirationis in statu normali. Infima pars cavitatis pericardii liquorem serosum continet.

Facies inferior sectionis: *A*. Basis processus ensiformis ossis sterni. — *B*. Margo sternalis cartilaginis costae 6ae. — *C*. *C*. Margo inferior cartilaginis costae 5ae. — *D*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 9ae. — *E*. Arcus posterior vertebrae dorsi 9ae. — *a*. *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris. — *b*. *b*. *b*. *b*. Pleura pulmonalis utriusque lateris. — *aa*. *aa*. Pulmo dexter et *bb*. *bb*. pulmo sinister infra hilum persecti. — *c*. *c*. *c*. Basis aut pars inferior sacci fibrosi pericardii. — *d*. Liquor serosus congelatus in cavo pericardii. — *e*. Vena cava inferior. — *f*. Oesophagus. — *g*. Aorta descendens. — *h*. Vena azygos.

Fig. 4. Sectio transversa thoracis per cartilaginem costae 6ae, per costas 7am, 8am, 9am, 10am, 11am et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 11ae ducta. Thorax viri. Pulmones per insufflationem aëris distenti. Tubercula miliaria in pulmonibus dispersa. — Liquor serosus in cavo utriusque pleurae exsudatus.

Facies inferior sectionis: *A*. *A*. Apices processus ensiformis sterni. — *B*. Cartilago costae 8ae. — *C*. Cartilago costae 7ae. — *D*. Cartilago et frustulum costae 6ae — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *H*. Costa 10a. — *I*. Costa 11a. — *K*. Margo superior corporis vertebrae dorsi 11ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis sinistra. — *a'*. *a'*. *a'*. *a'*. Pleura costalis dextra. — *a''*. *a''*. *a''*. Pleura diaphragmatica. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Facies abdominalis diaphragmatis peritonaeo tecta. — *b*. *b*. *b*. Pleura pulmonalis sinistra. Linea *c*. striis transversis composita, stratum exsudati fibrinosi, quo pleura haec tecta est, designat. — *b'*. *b'*. *b'*. *b'*. Pleura pulmonalis dextra. — *c*. Liquor serosus congelatus, in parte anteriore cavi pleurae sinistrae accumulatus. — *d*. Liquor serosus congelatus in parte posteriore cavi pleurae sinistrae et *e*. pleurae dextrae accumulatus. — *e'*. Adhaesio pleurae costalis ad pleuram diaphragmaticam. — *c*. *c*. Pars inferior (basis) cavi pericardii etiam liquorem serosum continens. — *α*. Spatium cellulosum inter basin pericardii et pleuram costalem sinistram. — *dd*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *ee*. Lobus inferior pulmonis dextri. — *f*. *f*. *f*. Diaphragma. — *g*. *g*. Crura diaphragmatis interna et foramen oesophageum. — *h*. Oesophagus. — *i*. Hepar. — *i'*. *i'*. *i'*. Tunica serosa hepatis. — *i''*. Ligamentum suspensorium hepatis. — *k*. Vena cava inferior et *l*. vena hepatica dextra. — *m*. Aorta descendens. — *n* Vena azygos.

Tab. 18. In tabulis 18ª et 19ª sectiones transversas per diversa spatia intercostalia et per diversas cartilagines costarum unius ejusdemque thoracis empyemate scorbutico adfecti ductas effinxi, cum ad finem, ut imagines sectionum, alteram juxta alteram, ante oculos propositas superasque cum inferis comparando, diversae mutationes situs, quas organa thoracis in empyemate subeunt, melius animo imprimerentur.

Thorax viri, qui pleuritide scorbutica cum exsudato sanguineo in cavo pleurae sinistrae, nec non accumulatione seri in cavo pleurae dextrae et pericardii laborabat. Margo anterior pulmonis sinistri pleurae costali incrassatae tali modo accretus, ut parietis intergerini instar cavum pleurae hujusce in duas cellas sejungat, quarum utraque saniem sanguinolentam et exsudatum fibrinosum sanguine tinctum continet. Pulmo sinister liquore exsudato compressus et carnosus. Cavum pericardii propter compressionem, quam exsudatam pleuriticum in saccum pericardii exercet, aspectum angulosum offert. Cor sinistrum hypertrophia correptum. Valvula mitralis excrescentiis fibrinosis, sanguineis obsita.

Fig. 1. Sectio transversa hujusce thoracis per mediam partem spatii intercostalis primi, per costas 2am, 3am, 4am et per corpus vertebrae dorsi 4ae, ad 5 lin. Par. supra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 5ª jungit, ducta. Mediastinum et arteria aspera, propter accumulationem seri sanguinolenti in cavo pleurae sinistrae ad dextram propulsum, directionem obliquam offert. Textus cellulosus mediastini magnopere incrassatus. Arcus aortae textu hoc incrassato et exsudato pleuritico ita compressus, ut lumen ipsius rimae semilunaris angustae aspectum habeat.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 2ae et costa 2ª dextra. — *C*. Costa 2ª sinistra. — *D*. Media pars spatii intercostalis primi. — *E*. Costa 3ª. — *F*. Costa 4ª. — *G*. Corpus vertebrae dorsi 4ae. — *H*. Processus spinosus et processus obliqui inferiores vertebrae dorsi 4ae. — *I*. Processus obliqui superiores vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura mediastinea dextra. — *a'*. *a'*. *a'*. Pleura costalis dextra. — *a''*. *a''*. *a''*. Pleura pulmonalis dextra. — *a'''*. Liquor serosus congelatus in cavo pleurae dextrae. — *b*. *b*. *b*. Cella anterior et *b'*. *b'*. *b'*. cella posterior cavi pleurae sinistrae, lobo supero pulmonis sinistri: *e*. in has duas partes sejunctae. — *f*. Lobus superior pulmonis dextri. — *g*. Mediastinum obliquam directionem habens, ad dextrum locomotum et textum cellulosum incrassatum

continens. — *h*. Vena cava superior. — *i*. Paries superior arcus aortae cum origine trium arteriarum principalium colli. — *k*. Trachea etiam ad dextram locomota. — *l*. Oesophagus.

Fig. 2. Sectio transversa ejusdem thoracis per spatium intercostale secundum, per costas 3am, 4am, 5am, 6am et per corpus vertebrae dorsi 5ae, paulo supra cartilaginem, quae vertebram hanc cum vertebra dorsi 6a jungit, ducta. Cor exsudato pleuritico ad dextram propulsum.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo superior cartilaginis costae 3ae et costae 3ae dextrae. — *C*. Spatium intercostale secundum. — *D*. Costa 3a sinistra. — *E*. Costa 4a. — *F*. Costa 5a. — *G*. Costa 6a. — *H*. Margo inferior vertebrae dorsi 5ae. — *I*. Processus obliqui superiores vertebrae dorsi 6ae. — *K*. Processus transversi vertebrae dorsi 6ae. — *L*. Processus spinosus vertebrae dorsi 5ae. — *a*. *a*. *a*. Cella anterior cavi pleurae sinistrae et *a'*. *a'*. *a'*. cella posterior ejusdem cavi, quae liquorem sanguinolentum continet. — *bb*. Pulmo sinister, propter compressionem textus ipsius, carnosus, in *α*. pleurae costali adhaerens et parietis intergerini instar cavum pleurae sinistrae in duas cellas sejungens. — *b*. *b*. *b*. Pleura costalis dextra. — *b'*. *b''*. Inflexiones pleurae dextrae circa hilum pulmonis. — *c*. *c*. *c*. Pleura pulmonalis dextra. — *d*. Lobus superior pulmonis dextri. — *e*. Mediastinum anterius. — *e'*. Mediastinum posterius. — *f*. *f*. *f*. Apex pericardii. — *f'*. *f'*. *f'*. Inflexiones laminae serosae pericardii, circa truncos arteriae pulmonalis et aortae ascendentis. — *f''*. *f''*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *g*. Vena cava superior. — *h*. Aorta ascendens paulo infra transitum in arcum aortae persecta. — *i*. Arteria pulmonalis et *k*. ramus sinister arteriae pulmonalis. — *l*. Bronchus dexter et *m*. bronchus sinister paulo propter bifurcationem tracheae persecti et exsudato, quod pleura sinistra continet, ad dextram declinati — *n*. Oesophagus. — *o*. Aorta descendens. — *p*. Ductus thoracicus. — *q*. Vena azygos.

Fig. 3. Sectio transversa ejusdem thoracis per cartilaginem costae 4ae, per costas 5am, 6am, 7am et per corpus vertebrae dorsi 7ae, ad 4 lin. Par. supra cartilaginem, quae vertebram hanc cum vertebra dorsi 8a jungit, ducta. Cavum pleurae sinistrae, pulmone compresso pleuraeque costali adhaerente, nec non pseudomembrana, quae funiculi instar per partem anteriorem hujusce cavitatis protenditur, in tres cellas sejunctum est.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 4ae et *C*. costa 4a. — *D*. Costa 5a — *E*. Costa 6a. — *F*. Costa 7a. — *G*. Corpus

vertebrae dorsi 7ae. — *H*. Processus transversus vertebrae dorsi 7ae. — *I*. Processus spinosus vertebrae dorsi 7ae. — *a*. *a*. *a*. Cella anterior in cavo pleurae sinistrae. — *b*. Pseudomembrana funiculi instar in cavo pleurae protensa, qua cella anterior formatur. — *a*' *a*'. *a*'. Cella media et *a*''. *a*''. *a*''. cella posterior ejusdem cavitatis. Utraque cella pulmone compresso *bb*. formatur et liquorem sanguinolentum congelatum continet. — *c*. *c*. *c*. Pleura costalis dextra. — *c*'. *c*''. Inflexiones pleurae hujusce circa hilum pulmonis. — *d*. *d*. *d*. Pleura pulmonalis dextra. — *e*. Lobus superior pulmonis dextri. — *f*. *f*. *f*. Saccus pericardii. — *f*'. *f*'. *f*'. Inflexiones laminae serosae pericardii circa radices venarum pulmonalium. — *f*''. *f*''. *f*''. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis vestiens. — *f*'''. *f*'''. Inflexio pericardii circa bulbum aortae. — *f*''''. *f*''''. Inflexio secunda laminae serosae pericardii inter radices venarum pulmonalium, aspectum cavitatis serosi peculiaris referens. — *g*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *h*. Auricula dextra cordis prope ad introitum in atrium cordis dextrum persecta. — *h*''. Introitus venae cavae superioris in atrium dextrum. — *i*. Atrium sinistrum cordis. — *i*'. Auricula sinistra et *α*. *α*. venae pulmonales superiores. — *k*. Sulcus transversus cordis. — *l*. Conus arteriosus ventriculi dextri cordis, ad 10 lin. Par. infra insertionem valvularum semilunarium arteriae pulmonalis oblique percisus. — *m*. Bulbus aortae cum tribus valvulis semilunaribus, quarum duae *n*. *p*. prope ad marginem insertum, una vero (dextra lateralis), *o*. per marginem liberum persectae sunt. — *pp*. Oesophagus. — *q*. Aorta descendens. — *r*. Vena azygos. — *β*. Mediastinum posterius.

Tab. 19. Duas sectiones transversas ejusdem thoracis morbosi adumbrat, quarum altera per cartilaginem costae 5ae, altera per spatium intercostale quintum ducta est.

Fig. 1. Sectio transversa thoracis per cartilaginem costae 5ae, per costas 5am, 6am, 7am, 8am et 9am, nec non per marginem inferum corporis vertebrae dorsi 8ae ducta. Cavum pleurae sinistrae pariter atque in fig. 3, Tab. 18, in tres cellas sejunctum. Cor exsudato pleuritico ad dextram propulsum. Parietes ventriculi sinistri modica hypertrophia concentrica correpti. Valvula mitralis excrescentiis fibrinosis sanguineis obsita.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni cum *A*'. margine sternali cartilaginis costae 6ae. — *B*. Cartilago costae 5ae. — *C*. Costa 5a. — *D*. Costa 6a. — *E*. Costa 7a. — *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *H*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 8ae. — *I*. Processus obliqui superiores vertebrae dorsi 9ae. — *K*. Processus obliqui inferiores et processus spinosus vertebrae dorsi 8ae. —

a. *a*. *a*. Cella anterior cavi pleurae sinistrae. — *a'*. Pseudomembrana funiculi instar inter pleuram costalem et pulmonalem protensa. — *a''*. *a''*. *a''*. Cella media, quae inter pseudomembranam hanc et pulmonem compressum includitur. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Cella posterior. — *b*. Pulmo sinister. — *c*. *c*. *c*. *c*. Pleura costalis dextra. — *c'*. *c'*. Inflexio pleurae hujusce in *c''*. *c''*. *c''*. pleuram pulmonalem. — *c'''*. *c'''*. *c'''*. Pleura costalis pleurae pulmonali adhaerens. — *c*. *c*. Liquor serosus in parte posteriore cavitatis pleurae dextrae congelatus. — *d*. Pulmo dexter. — *e*. Mediastinum anterius. — *f*. Mediastinum posterius. — *g*. *g*. *g*. Saccus pericardii. — *g'*. *g''*. Inflexiones laminae serosae pericardii in *h*. *h*. *h*. superficiem externam cordis. — *i*. *i*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *k*. Atrium dextrum cordis fere per mediam partem ostii venosi dextri percisum. — *l*. Margo anterior et superior ostii venosi dextri. — *m*. Lacinia valvulae tricuspidalis, quae parieti anteriori ventriculi dextri propior est. — *n*. Frustulum alterius laciniae valvulae tricuspidalis, quae septo ventriculorum propior est. Tertia lacinia cum margine posteriore ostii venosi dextri in segmento inferiore sectionis relicta est. — *o*. Septum atriorum. — *p*. Atrium cordis sinistrum, cujus paries posterior solummodo incisus est. — *q*. Ventriculus cordis sinister per mediam fere partem cavitatis persectus. — *r*. Valvula mitralis excrescentiis sanguineis obsita; insertiones tendineae utriusque laciniae valvulae hujusce incisae vel prorsus persectae cernuntur. — *s*. Septum ventriculorum. — *t*. Paries anterior et cavitas ventriculi dextri. — *u*. Oesophagus. — *v*. Aorta descendens.

Fig. 2. Sectio transversa ejusdem thoracis per cartilaginem costae 6^{ae} et per spatium intercostale quintum, per costam 6^{am}, 7^{am}, 8^{am}, 9^{am} et 10^{am}, nec non per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 9^{am} cum 10^{a} jungit, instituta. Cavum pleurae sinistrae in hac regione solummodo in duas cellas sejunctum conspicitur; etenim sectio jam infra marginem inferum pulmonis sinistri compressi, qui limitem cellae tertiae constituebat, ducta est. Confinia pleurarum costalium et pulmonalium in imagine hac, propter arctam partium congelatarum contignationem, quam intactam reliqui, non cernuntur.

Facies superior sectionis: *A*. Os sterni. — *B*. Margo sternalis cartilaginis costae 7$^{ae.}$ — *C*. Margo sternalis cartilaginis 6$^{ae.}$ — *D*. Costa 6$^{a.}$ — *D''*. Spatium intercostale quintum. — *E*. Costa 7$^{a.}$ — *F*. Costa 8$^{a.}$ — *G*. Costa 9$^{a.}$ — *H* Costa 10$^{a.}$ — *I*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 9^{am} cum 10^{a} jungit. — *K*. Processus obliquus inferios vertebrae dorsi 9$^{ae.}$ — *L*. Processus obliqui superiores et processus spinosus vertebrae dorsi 10$^{ae.}$ — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis dextra. Inflexiones pleurae

costalis in *b. b. b.* pleuram pulmonalem dextram. — *c.* Lobus inferior pulmonis dextri. — *cc.* Liquor serosus partem posteram cavitatis pleurae dextrae occupans. — *d. d. d.* Cella anterior cavitatis pleurae sinistrae pseudomembranis circumcincta et liquorem inspissatum purulentum continens (confer. fig. 1 *a. a. a.*). — *d. d.* Pseudomembrana, qua cella haec a cella posteriore *e. e. e.* et a frustulo pulmonis sinistri *g.* sejungitur. — *f.* Liquor sanguinolentus et congelatus cellam posteriorem cavitatis pleurae sinistrae implens. — *h.* Apex convexitatis diaphragmatis oblique persectus. — *i. i. i.* Basis pericardii aspectum angulosum habens, et liquorem serosum congelatum *k.* continens. — *l.* Apex cordis. — *m.* Vena cava inferior. — *n.* Oesophagus. — *o.* Aorta descendens. — *p.* Vena azygos.

Tab. 20. Sectiones transversas thoracis infantum neonatorum per diversa spatia intercostalia et cartilagines costarum ductas adumbrat.

Fig. 1. Sectio transversa thoracis infantis mortui nati per marginem inferum cartilaginis costae 2ae et per mediam partem corporis vertebrae dorsi 4ae instituta.

Facies sectionis superior: *A.* Os sterni. — *B.* Margo inferior cartilaginis costae 2ae. — *C. D.* Costa 3a et 4a. — *E.* Corpus vertebrae dorsi 4ae media parte persectum. — *a. a. a. a.* Pleura costalis utriusque lateris et *a'. a'. a'.* Inflexiones ipsius in pleuram pulmonalem. — *aa. aa. aa.* Pleura mediastinea vel inflexiones pleurae costalis circa thymum ad formandum mediastinum anterius. — *b.* Lobus superior pulmonis dextri. — *c.* Lobus superior et *d.* initium lobi inferioris pulmonis sinistri. — *e. e.* Lobus dexter et sinister thymi inter laminas mediastineas pleurae utriusque lateris et *f. f.* Saccum fibrosum pericardii inclusi. — *g. g.* Inflexiones laminae serosae pericardii circa *h.* aortam ascendentem et art. pulmonalem. — *i.* Vena cava superior. — *k.* Aorta ascendens prope transitum in arcum. — *l.* Arcus art. pulmonalis. — *m.* Frustulum atrii dextri. — *n.* Mediastinum posterius. — *o.* Vena pulmonalis dextra. — *p.* Bronchus dexter et *q.* Bronchus sinister. — *r.* Aorta descendens. — *s.* Oesophagus. — *t.* Vena azygos.

Fig. 2. Sectio transversa infantis recens nati per cartilaginem costae 3ae, et per mediam fere partem corporis vertebrae dorsi 6ae ducta.

Facies sectionis superior: *A.* Os sterni. — *B.* Cartilago costae 3ae et costa 3a. — *C. D. E.* Costae 4a, 5a et 6a. — *F.* Corpus vertebrae dorsi 6ae. — *G.* Scapula prope juncturam mediae partis cum parte infera persecta. — *a. a. a. a.* Pleura costalis utriusque lateris. — *a''. a''. a''.* Infle-

xiones pleurae hujusce in pleuram pulmonalem circa hilum pulmonum. — *α*. Pulmo dexter. — *β*. *γ*. Lobus superior et inferior pulmonis sinistri. — *a'''*. *a'''*. *a'''*. Laminae mediastineae pleurarum. — *b*. Thymus. — *c*. Apex pericardii formans saccum coecum, circa *d*. aortam ascendentem et *e*. arteriam pulmonalem inflexum. — *f*. Vena cava superior. — *g*. *h*. Bronchi. — *i*. Aorta descendens. — *k*. Oesophagus. — *l*. Vena azygos.

Fig. 3. Sectio transversa thoracis infantis recens nati ad $^1/_2$ poll. Par. supra papillas mammarum per cartilaginem costae 3ae et per inferum marginem corporis vertebrae dorsi 6ae ducta.

Infans quatuordecim horas vixit et infirme respirabat. Pulmo dexter atelectasia completa, sinister vero partiali correptus. Frustula glaciei laminis pleurae interposita et coagula sanguinis congelati non sunt remota, hanc ob causam limites harum membranarum non tam perspicui.

Facies sectionis inferior. — *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 3ae. — *C*. *D*. *E*. Costae 4a, 5a, 6a. — *F*. Pars infera corporis vertebrae dorsi 6ae. — *G*. Scapula. — *H*. Musculus pectoralis major. — *I*. Musculus pectoralis minor. — *K*. M. Serratus anticus major et nonnulli fasciculi m. subscapularis. — *L*. M. latissimus dorsi. — *M*. M. trapezius. — *N*. M. longissimus dorsi. — *O*. M. dorsolumbalis. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis utriusque lateris. — *a''*. *a''*. Laminae mediastineae pleurarum et *aa*. thymus his laminis inclusus. — *b*. Pulmo dexter. — *c*. Lobus superior et *d*. inferior pulmonis sinistri. — *d*. Apex sacci fibrosi pericardii, inflexiones circa *e*. arteriam pulmonalem et *f*. truncum aortae ascendentis formans. — *g*. Vena cava superior.

Fig. 4. Sectio transversa thoracis infantis mortui nati per marginem superum cartilaginis costae 2ae sinistrae, per spatium intercostale tertium (inter cartil. cost. 3ae et 4ae) dextri lateris et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram dorsi 6am cum 7a jungit, ducta. Coagula sanguinis congelati e cavitatibus cordis non sunt remota.

Facies sectionis inferior: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 3ae per marginem superiorem persecta. — *C*. Spatium intercostale tertium. — *D*. *E*. *F*. *G*. Costae 4a, 5a, 6a, 7a. — *H*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 6am cum 7a jungit. — *a*. *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris et *a''*. *a''*. *a''*. Inflexiones ipsius in *b*. *b*. *b*. pleuram pulmonalem. — *c*. Lobus superior et *d*. inferior pulmonis sinistri. — *e*. Lobus superior, *f*. medius et *g*. inferior pulmonis dextri. — *h*. *h*. *h*. Saccus pericardii liquorem serosum congelatum continens. —

i. i. Inflexiones laminae serosae pericardii in superficiem externam cordis. — *k.* Atrium dextrum cordis infra auriculam cordis et infra introitum venae cavae superioris persectum. — *l.* Septum atriorum supra foramen ovale persectum. — *m.* Atrium sinistrum oblique ita persectum, ut introitus trium venarum pulmonalium in hoc segmento sectionis relictus maneat. — *n.* Orificium arteriosum sinistrum per valvulas semilunares aortae persectum. — *o.* Cavum ventriculi dextri, ad $2^1/_2$ lin. Par. infra valvulas semilunares arteriae pulmonalis, persectum. — *p.* Septum ventriculorum et paries superior ventriculi sinistri, cujus cavum sectione non apertum est. — *q.* Oesophagus. — *r.* Aorta descendens.

Fig. 5. Sectio transversa thoracis infantis recens nati per spatium intercostale tertium (inter cartilagines costarum 3ae et 4ae), propius aliquantulum cartilaginem costae 3ae et per corpus vertebrae dorsi 6ae ad 2 lin. Par. infra juncturam vertebrae hujus cum vertebra 5a, ducta. Nulla affectio organica in organis pectoris et abdominis.

Facies sectionis superior. — *A.* Os sterni. — *B.* Margo inferior cartilaginis costae 3ae musculis tectus. — *C. D. E. E''.* Costae 4a, 5a, 6a, 7a. — *F.* Margo superior corporis vertebrae dorsi 6ae. — *a. a. a.* Pleura costalis utriusque lateris. — *a' a'' a''.* Inflexiones ipsius circa hilum pulmonum in pleuram pulmonalem. — *b. b.* Saccus pericardii et *b'. b'.* inflexiones ipsius in *c. c.* laminam serosam, quae superficiem externam cordis tegit. — *d.* Atrium dextrum cordis — *e.* Exitus in auriculam dextram. — *f.* Introitus venae cavae superioris in cavum atrii dextri. — *g.* Septum atriorum; sectio septi hujusce per marginem superiorem foraminis ovalis ducta est. — *h.* Limbus superior orificii venosi dextri cum una lacinia valvulae tricuspidalis, quae septo ventriculorum propior est. — *i.* Conus arteriosus ventriculi cordis dextri ad 4 lin. Par. infra valvulas semilunares art. pulmonalis, oblique persectus. — *k.* Septum ventriculorum. — *l.* Atrium sinistrum cordis cum duobus orificiis venarum pulmonalium superiorum. — *m.* Introitus in auriculam dextram. — Margo superior limbi orificii venosi sinistri cum una lacinia (superiore) valvulae mitralis. — *o.* Cavum ventriculi sinistri. — *p.* Oesophagus. — *q.* Aorta descendens.

Fig. 6. Sectio transversa thoracis infantis recens nati per spatium intercostale tertium, per cartilaginem costae 4ae et per corpus vertebrae dorsi 6ae pone cartilaginem, quae vertebram hanc cum 7a jungit, ducta.

Facies sectionis inferior: *A.* Os sterni. — *B.* Cartilago costae 4ae. — *C.* Spatium intercostale tertium. — *D. E. F. G. H.* Costae 3a, 4a, 5a,

6a, 7a. — *I*. Margo inferior corporis vertebrae dorsi 6ae pone cartilaginem intervertebralem persecti. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et *a''*. *a''*. *a''*. inflexiones ipsius circa hilum pulmonum in pleuram pulmonalem. — *b*. *c*. Lobus superior et inferior pulmonis sinistri. — *d*. *e*. Lobus superus et medius pulmonis dextri. — *e*. *e*. Saccus pericardii et *e'*. *e'*. inflexiones laminae serosae ipsius circa atrium dextrum in superficiem externam cordis. — *f*. Segmentum inferius cavi atrii dextri supra *g*. introitum venae cavae inferioris persecti. — *h*. Introitus venae cordis Galeni magnae in atrium dextrum. — *i*. Septum atriorum et limites foraminis ovalis, qui cum ambitu introitus venae cavae inferioris se confundunt. — *k*. Margo inferior limbi orificii venosi dextri cum duabus laciniis valvulae tricuspidalis. — *l*. Septum ventriculorum. — *m*. Paries inferior cavi atrii sinistri infra introitum venarum pulmonalium persecti. — *n*. Margo inferior limbi orificii venosi sinistri cum una lacinia valvulae mitralis. — *o*. Cavum ventriculi dextri. — *p*. Cavum ventriculi sinistri. — *q*. Aorta descendens. — *r*. Oesophagus.

Fig. 7. Sectio transversa thoracis infantis recens nati, qui nonnullas horas solummodo vixit, per cartilaginem costae 4ae et per vertebram dorsi 7am ducta. Coagula sanguinis congelati ex cavitatibus cordis non remota sunt.

Facies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 4ae. — *C*. *D*. *E*. *F*. *G*. Costae 5a, 6a, 7a, 8a. — *H*. Vertebra dorsi 7a. — *a*. *a*. *a*. *a*. Pleura costalis utriusque lateris et *b*. *b*. *b*. *b*. inflexiones ipsius in pleuram pulmonalem. — *c*. Pulmo dexter. — *d*. Pulmo sinister. — *d*. *d*. *d*. Saccus pericardii. — *e*. Atrium dextrum. — *f*. Limbus orificii venosi dextri cum una lacinia valvulae tricuspidalis cono arterioso proxima. — *g*. Septum atriorum. — *h*. Septum ventriculorum. — *i*. Atrium sinistrum. — *k*. Una lacinia valvulae mitralis. — *l*. Cavum ventriculi sinistri. — *m*. Cavum ventriculi dextri.

Fig. 8. Sectio transversa thoracis infantis mortui nati per cartilaginem costae 4ae et per corpus vertebrae dorsi 8ae ducta. Cadaver macilentum. Fœtus minus quam 9 menses in utero gestatus esse videtur. Coagula sanguinis glaciati e cavitatibus cordis non remota.

Facies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 4ae. — *C*. *D*. *E*. *F*. Costae 5a, 6a, 7a, 8a. — *G*. Corpus vertebrae dorsi 8ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et *b*. *b*. inflexiones ipsius circa hilum pulmonis in pleuram pulmonalem. — *c*. Lobus superior et *d*. inferior pulmonis sinistri. — *e*. Lobus superior et *f*. medius pulmonis dextri. — *g*. Saccus pericardii et *h*. *h*. inflexiones laminae serosae ipsius in superficiem externam cordis. —

i. Atrium dextrum. — *k*. Cavum ventriculi dextri prope conum arteriosum. — *l*. Septum atriorum. — *m*. Cavum atrii sinistri. — *n*. *o*. Cavum ventriculi sinistri prope orificium arteriosum sinistrum (*n*.) persectum. — *p*. Oesophagus. — *q*. Aorta descendens.

Fig. 9. Sectio transversa thoracis infantis mortui nati per marginem superum cartilaginis costae 4ae et per marginem superiorem corporis vertebrae dorsi 7ae ducta.

Facies sectionis inferior: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 4ae et *C*. Costa 4a. — *D*. *E*. *F*. Costae 5a, 6a et 7a. — *G*. Scapula. — *H*. Margo superior corporis vertebrae dorsi 7ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis dextra et sinistra. — *b*. Exsudatum parvum serosum in parte anteriore cavi pleurae sinistrae. — *c*. *c*. *c*. *c*. Inflexiones pleurae costalis circa hilum pulmonis in pleuram pulmonalem. — *d*. Saccus pericardii et *e*. *e*. *e*. inflexiones laminae serosae ipsius in *f*. superficiem externam cordis. — *g*. Exsudatum serosum in cavo pericardii. — *h*. Cavum atrii dextri supra *i*. introitum venae cavae inferioris persectum. — *k*. *k*. Locus orificio dextro venoso respondens. — *l*. Septum atriorum supra foramen ovale persectum. — *m*. Foramen ovale sub frustulo septi atriorum nondum persecto apparens. — *n*. Atrium sinistrum. — *o*. Auricula sinistra. — *o*''. *o*''. Introitus venarum pulmonalium in cavum atrii sinistri. — *p*. Orificium arteriosum sinistrum et valvulae semilunares aortae, quarum duae fere integrae sunt, una vero per marginem insertum persecta est. — *q*. Cavum ventriculi dextri oblique infra conum arteriosum persectum. — *q*''. Paries superior ventriculi sinistri. — *r*. Oesophagus. — *s*. Aorta descendens. — *t*. Vena azygos.

Fig. 10. Sectio transversa thoracis infantis recens nati per spatium intercostale quartum et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 8ae ad lin. 1 Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 7a jungit, ducta.

Facies sectionis superior: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 5ae. — *C*. Cartilago costae 4ae sinistrae et *C*''. Spatium intercostale quartum dextrum. — *D*. *E*. *F*. *G*. Costae 5a, 6a, 7a, 8a. — *H*. Margo superior vertebrae dorsi 7ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis utriusque lateris. — *b*. *c*. *d*. Pulmo dexter et sinister. — *e*. Frustulum apicis diaphragmatis cum *f*. particula parva partis convexae lobi dextri hepatis. — *g*. Saccus pericardii et *h*. *h*. inflexiones laminae serosae ipsius in superficiem externam cordis. — *i*. Cavum atrii dextri. — *k*. Introitus in auriculam dextram. — *l*. Introitus venae cavae superioris in cavum atrii dextri. — *m*. Tuberculum Loweri. — *n*. Particula septi atriorum cum foramine ovali. Atrium sinistrum

in segmento hoc sectionis a tergo atque pone foramen ovale integrum et intactum jacet. — *o*. Pars cavi ventriculi dextri in conum arteriosum ducens. — *p*. Limbus superior orificii venosi dextri et una lacinia valvulae tricuspidalis cono arterioso proxima. — *q*. Septum ventriculorum. — *r*. Pars cavi ventriculi cordis sinistri in atrium sinistrum ducens. — *s*. Pars cavi ventriculi sinistri in orificium arteriosum sinistrum ducens. — *t*. Una lacinia valvulae mitralis orificio arterioso propior in longitudinem persecta. — *u*. Oesophagus. — *v*. Aorta descendens.

Fig. 11. Sectio transversa thoracis infantis recens nati per cartilaginem costae 4ae et per corpus vertebrae dorsi 7ae, sub papillis mammarum, ducta.

Segmentum inferum sectionis. Cor sectione hac ita persectum est, ut maxima pars ventriculorum cordis, totum atrium sinistrum et totum fere atrium dextrum in segmento superiore relicta maneant; pars dextra diaphragmatis simul cum apice lobi dextri hepatis persecta est.

Facies sectionis inferior: *A*. Os sterni. — *B*. Cartilago costae 4ae. — *C*. *D*. *E*. 5a, 6a, 7a. — *F*. Corpus vertebrae dorsi 7ae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis utriusque lateris. — *b*. *b*. Saccus pericardii, parvum exsudatum serosum continens. — *c*. Lobus inferior pulmonis dextri et *d*. pulmonis sinistri. — *e*. *e*. Pars convexa dextra diaphragmatis persecta. — *e*''. Apex lobi dextri hepatis persecti. — *f*. Pars tendinea diaphragmatis. — *g*. Paries inferior ventriculi dextri et *h*. paries inferior ventriculi sinistri oblique in longitudinem persecta. — *i*. Particula parva atrii dextri prope *i*. introitum venae cavae inferioris persecti. — *l*. Oesophagus. — *m*. Aorta descendens.

Fig. 12. Sectio transversa thoracis infantis recens nati per marginem inferiorem cartilaginis costae 5ae et per cartilaginem intervertebralem, quae vertebram 9am cum 10a jungit, ducta.

Superficies sectionis inferior: *A*. Sternum prope processum xyphoideum persectum. — *B*. Cartilago costae 7ae. — *C*. Cartilago costae 6ae. — *D*. *D*. Cartilago costae 5ae. — *E*. *F*. *G*. *H*. *I*. Costae 6a, 7a, 8a, 9a et 10a. — *K*. Cartilago intervertebralis, quae vertebram dorsi 9am cum 10a jungit. — *a*. *a*. *a*. Sacci pleurae dextrae et sinistrae. — *b*. Pars diaphragmatica utriusque pleurae. Pars anterior utriusque sacci vidua est ita, ut lamina costalis pleurae laminae diaphragmaticae perfecte contigua sit; pars vero posterior marginem inferiorem *c*. *d*. pulmonum continet. — *e*. *e*. Diaphragma prope foramen œsophageum persectum. — *f*. *f*. Pars tendinea diaphragmatis. — *g*. *g*. Saccus pericardii diaphragmati accretus. — *h*. *h*. Exsudatum serosum in cavo peri-

cardii. — *i*. Particula apicis cordis persecti. — *k*. *k*. *k*. Lamina peritonaei faciem abdominalem diaphragmatis obvestiens. — *l*. Exsudatum serosum in cavo peritonaei. — *m*. Ligamentum coronarium hepatis. — *n*. *n*. *n* Lamina serosa (peritonaei) hepar tegens. — *o*. Ligamentum suspensorium hepatis. — *p*. Lobus dexter hepatis. — *q*. Lobus sinister hepatis. — *r*. Vena cava inferior et vena hepatica dextra. — *s*. Vena hepatica sinistra. — *t*. Particula sacci coeci ventriculi. — *u*. Lien. — *w*. Oesophagus. — *x*. Aorta descendens.

Tab. 21. Sectiones transversas cordis, quibus varietates situs, directionis et aspectus hujus organi demonstrantur, repraesentat. Sectiones hujusmodi ad perlustrandum situm cordis quam maxime idoneae. Omnia fere cadavera hunc ad finem in situ horizontali congelata sunt. Thorax solide congelatus per quidquam spatium intercostale vel per quampiam cartilaginem costae transverse perscinditur et, postquam figura cavitatum vasorumque cordis persectorum adumbrata est, segmentum superum thoracis supra mensam vel planum aliquid horizontale superficie persecta et aequali ita statuitur, ut facies haec glabra planaque statumini perfecte contigua sit; quo facto sternum, cartilagines costarum, alae pulmonum congelatae et pericardium scalpro, malleo et serra manuali removentur, segmentum superum cordis persecti denudatur et denudatum adumbratur. Eadem ratione segmentum inferius thoracis persecti disponitur; differt solummodo delineatio hujusce segmenti cordis in eo, quod in directione inversa figura repraesentatur, apice, uti in mensa collocatum est, superne spectante. Cor congelatum, postquam ossa et omnes partes molles (textus cellulosus, alae pulmonum, pericardium) quibus tegitur, caute detractae sunt, pristinum situm et directionem conservat; ideoque his delineationibus situs, directio et aspectus cordis ad naturae veritatem accuratissime adumbrantur. Locus et directio lineae secantis per superficiem externam cordis ductae linea alba designatur, quae crassitudinem serrae adaequat.

Fig. 1 et 1*a*. Sectio transversa per mediam partem cartilaginis costae 2ae et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 5ae (pone cartilaginem, quae vertebram hanc cum vertebra 4a jungit) ducta.

Juvenis 14 annorum. Nulla vitia organica in organis pectoris et abdominis.

Fig. 1. Facies sectionis superior: *a*. Arcus arteriae pulmonalis cum *b*. angulo insertionis duarum valvularum semilunarium. — *c*. Ramus sinister

et *d*. ramus dexter arteriae pulmonalis. — *e*. Aorta ascendens. — *f*. Vena cava superior.

Fig. 1*a*. Aspectus et situs ejusdem cordis congelati, transverse persecti. *a*. Directio lineae secantis. — *b*. Atrium dextrum. — *c*. Conus arteriosus ventriculi dextri cordis et *d*. arteria pulmonalis. — *e*. Apex ventriculi sinistri. — *f*. Aorta ascendens. — *g*. Vena cava superior. — *h*. Sulcus circularis et *i*. sulcus longitudinalis cordis.

Fig. 2 et 2*a*. Sectio transversa per mediam partem cartilaginis costae 3ae et per corpus vertebrae dorsi 7ae ad 5 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram 6am cum 7a jungit, instituta. Thorax viri mediae aetatis et magnitudinis. Parva hypertrophia cordis et exsudatum exiguum in cavo pericardii Nulla affectio organica pulmonum ceterorumque organorum.

Fig. 2. Facies superior sectionis: *a*. Auricula cordis dextra. — *b*. Vena cava superior pone introitum in atrium cordis dextrum persecta. — *c*. Conus arteriosus ventriculi cordis dextri ad ½ poll. Par. infra valvulas semilunares arteriae pulmonalis persectus. — *d*. Auricula cordis sinistra. — *e*. Atrium cordis sinistrum pone introitum *e*''. *e*''. venarum pulmonalium superiorum (dextrae et sinistrae) percisum. — *f*. Arteria coronaria cordis sinistra. — *g*. Bulbus aortae et *h*. duae valvulae semilunares per marginem liberum persectae.

Fig. 2*a*. Aspectus et situs ejusdem cordis congelati: *a*. Linea secans per *b*. auriculam et atrium dextrum, *c*. conum arteriosum et *d*. auriculam sinistram ducta. — *e*. Vena cava superior. — *f*. Aorta ascendens. — *g*. Arteria pulmonalis. — *h*. Apex ventriculi sinistri.

Fig. 3 et 3*a*. Sectio transversa per spatium intercostale tertium, pone cartilaginem costae 4ae et per cartilaginem, quae vertebram dorsi 7am cum vertebra 8a jungit, ducta. Thorax juvenis. Cor sanum. Pulmones hepatisatione et tuberculis dispersis, (glandulae bronchicae infiltratione tuberculosa) correpti.

Fig. 3. Facies sectionis superior: *a*. Introitus venae cavae superioris in atrium dextrum. — *b*. Auricula cordis dextra. — *c*. Conus arteriosus ventriculi dextri, ad 10 lin. Par. infra valvulas semilunares art. pulmonalis, persectus. — *d*. Sulcus transversus seu circularis cordis. — *e*. Atrium cordis sinistrum pone introitum venarum pulmonalium superiorum (dextrae et sinistrae) percisum. — *f*. Bulbus aortae cum *g*. *h*. duabus valvulis semilunaribus integris et *i*. una valvula laterali dextra, inter marginem ipsius liberum et insertum, persecta. — *k*. Paries superior ventriculi cordis sinistri oblique persectus.

Fig. 3*a*. Aspectus et situs ejusdem cordis: *a*. Linea secans per *b*. atrium cordis dextrum, prope introitum *b''*. venae cavae superioris, *c*. conum arteriosum et *d*. parietem superiorem ventriculi sinistri ducta. — *e*. Aorta ascendens. — *f*. Arteria pulmonalis.

Fig. 4 et 4*a*. Sectio transversa cordis per marginem inferiorem cartilaginis costae 3ae et per marginem superum corporis vertebrae dorsi 6ae ad 3 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 5a jungit, instituta. — Thorax viri mediae aetatis et magnitudinis, qui hydrothorace et hydropericarditide laborabat. Exsudatum compressionem sat fortem in superficiem anteriorem cordis exercebat, ita ut impressio circa conum arteriosum appareat; ceterum in corde nullam affectionem organicam animadvertimus.

Fig. 4. Superficies sectionis superior: *a*. *a*. *a*. Saccus pericardii, *a'''*. liquore seroso congelato extensus. — *b*. *b*. Limites anteriores saccorum pleurae utriusque lateris. — *c*. Introitus venae cavae superioris in cavum atrii dextri. — *d*. Auricula dextra. — *e*. Conus arteriosus oblique persectus (ad 4 — 12 lin. Par. infra insertionem valvularum semilunarium arteriae pulmonalis) et exsudato seroso compressus, ideoque aspectum semilunarem offert. — *f*. Paries superior ventriculi cordis sinistri oblique persectus. — *g*. *h*. Orificium arteriosum sinistrum cum tribus valvulis semilunaribus, quarum duae *g''*. *g''*. per marginem insertum persectae sunt, ita ut hic margo ipsarum liber appareat. Una vero (lateralis sinistra) harum valvularum integra manet. — *i*. Atrium sinistrum cum *k*. introitu auriculae sinistrae.

Fig. 4. Situs et aspectus ejusdem cordis congelati: *a*. Linea secans per *b*. atrium cordis dextrum, *b''*. per conum arteriosum, qui, quum exsudato seroso compressum sit, aspectum concavum offert, et *c*. parietem superiorem ventriculi sinistri ducta.

Fig. 5 et 5*a*. Sectio transversa per partem superiorem spatii intercostalis quarti et per cartilaginem, quae vertebram 7am cum vertebra 8a jungit, ducta. Thorax viri mediae aetatis et magnitudinis. Cavitates cordis parumper dilatatae et coagulis sanguinis extensae, parietes vero et valvulae cordis normalis crassitudinis. Pulmones et cetera organa in statu normali.

Fig. 5. Facies inferior sectionis: *a*. Atrium cordis dextrum. — *b*. Introitus venae cavae inferioris. — *c*. Introitus venae Galeni magnae. — *d*. Fossa ovalis. — *e*. Limbus inferior ostii venosi (atrioventricularis dextri). — *f*. *g*. Duae laciniae valvulae tricuspidalis, quarum altera (*f*) in longitudinem

persecta est. — *h.* Cavum ventriculi dextri cordis. — *i.* Septum atriorum. — *k.* Septum ventriculorum. — *l.* Frustulum atrii sinistri cordis infra introitum venarum pulmonalium persecti. — *m.* Limbus inferior ostii venosi sinistri. — *n. o.* Duae laciniae valvulae mitralis, quarum altera (*o*) in longitudinem persecta est. — *p. p. p.* Parietes, cavum et musculi papillares ventriculi cordis sinistri.

Fig. 5*a*. Situs et aspectus ejusdem cordis congelati: *a.* Linea, cor per *b.* infimam partem atrii dextri, *c.* parietes ventriculi dextri, limbum inferiorem ostii venosi dextri et *d.* ventriculum cordis sinistrum, prope limbum inferiorem ostii venosi sinistri, secans. — *e.* Auricula cordis sinistra. — *f.* Arteria pulmonalis. — *g.* Aorta ascendens. — *h.* Vena cava superior.

Fig. 6 et 6*a*. Sectio transversa per cartilaginem costae 5ae et partim per cartilaginem costae 6ae ac spatium intercostale quartum (inter cartilaginem costarum 4ae et 5ae) ducta. Vertebra dorsi 9a ad 9 lin. Par. infra cartilaginem, quae vertebram hanc cum 8a jungit, persecta est.

Thorax viri mediae aetatis et magnitudinis. Nullae affectiones organicae in organis circulationis et respirationis. Intestina non repleta.

Fig. 6. Facies superior sectionis: *a.* Atrium cordis dextrum supra introitum venae cavae inferioris persectum. — *b.* Introitus e cavo atrii dextri in auriculam dextram. — *c.* Introitus venae cavae superioris in atrium dextrum. — *d.* Fossa ovalis et septum atriorum. — *e.* Introitus venae Galeni magnae et valvula Thebesii. — *f. f.* Sulcus circularis sive transversus cordis. — *g.* Margo anterior et superior ostii venosi dextri cum *h.* una lacinia valvulae tricuspidalis, quae cono arterioso propior est. — *h''*. Altera lacinia valvulae tricuspidalis septo ventriculorum propior. — *i.* Cavum ventriculi dextri. — *k.* Introitus in conum arteriosum e cavo ventriculi dextri. — *l.* Ventriculus sinister oblique persectus et non procul ab apice cordis apertus. — *m.* Septum ventriculorum.

Fig. 6*a*. Aspectus et situs ejusdem cordis congelati: *a.* Linea secans ita ducta, ut in segmento infero (parvo) cordis persecti: particula atrii dextri (*b*) cum introitu venae cavae inferioris, margo posterus et inferus limbi ostii venosi dextri cum una lacinia valvulae tricuspidalis et apex ventriculi sinistri relicti maneant. — *c.* Conus arteriosus et arteria pulmonalis. — *d.* Apex ventriculi sinistri. — *e.* Apex auriculae sinistrae. — *f.* Aorta ascendens. — *g.* Vena cava superior.

Sectiones transversas cordis infantilis et foetalis in Fasc. 2 B simul cum sectionibus in longitudinem ductis repraesentabo.

Tab. 22. Sicut tabulae 18 et 19 sectiones transversas per diversa spatia intercostalia unius ejusdemque thoracis morbosi ductas repraesentant, sic tabula 22 sectiones transversas per unam eandemque cartilaginem costae 4ae et 5ae, in thorace morboso diversorum cadaverum institutas, effingit.

Fig. 1. Sectio transversa thoracis per cartilaginem costae 5ae, per costas 5am, 8am et per corpus vertebrae dorsi 8ae ad 1 poll. Par. supra cartilaginem, quae vertebram hanc cum vertebra 9a jungit, instituta. — Thorax juvenis, qui pneumohydrothorace lateris sinistri correptus erat. Pulmo sinister magnopere compressus et carnosus. Pulmo dexter pleurae costali accretus et exsudatum tuberculosum in concretionibns hisce depositum. Cor ad dextram propulsum, compressum. Cavum pericardii adspectum angulosum offerens. Frustula glaciei e cavitatibus cordis remota, in cavis vero pleurae et pericardii relicta, quamobrem confinia harum membranarum aliarumque partium non tam distincte conspiciuntur.

Facies superior sectionis: *A. A.* Cartilago costae 5ae et costa 5a. — *C. D. E.* Costa 6a, 7a, 8a. — *F.* Angulus inferior scapulae. — *G.* Corpus vertebrae dorsi 8ae ad 1 poll. Par. supra cartilaginem, quae vertebram 8am cum 9a jungit, persectum. — *H. H.* Processus transversi vertebrae dorsi 8ae. — *I.* Processus spinosus vertebrae dorsi 7ae. — *a. a. a.* Pleura costalis sinistra. — *b.* Aër et exsudatum serosum cavo pleurae sinistrae inclusus. — *c.* Pulmo sinister compressus, carnosus, pleura pulmonali *c''. c''. c''.* vestitus, in *c'''. c'''. c'''.* pleurae costali adhaeret et formam angulosam offert. — *d.* Lobus superior et *e.* lobus medius pulmonis dextri pleurae costali firmiter accreti. — *f. f.* Saccus pericardii compressus. — *g. g.* Cavum pericardii, quod ob hanc compressionem aspectum angulosum praebet et exsudatum serosum parvum continet. — *h. h. h.* Inflexiones laminae serosae pericardii, quae superficiem externam cordis tegit. — *i.* Cavum atrii sinistri cordis. — *k. k.* Venae pulmonales inferiores (dextra et sinistra) persectae. — *k''. k''.* Introitus venarum pulmonalium in cavum atrii sinistri cordis. — *l.* Initium bulbi aortae infra valvulas semilunares oblique persectum. — *m.* Paries sinister ventriculi sinistri cordis. — *m'''.* Septum ventriculorum. — *n.* Conus arteriosus, ad 1 poll. Par. infra valvulas semilunares arteriae pulmonalis, oblique percisus. — *o.* Lacinia valvulae tricuspidalis cono arterioso vicina et oblique persecta. — *p.* Cavum atrii dextri cordis, prope introitum auriculae, persectum. — *q.* Septum atriorum. — *r.* Oesophagus. — *s.* Aorta descendens.

Fig. 2. Sectio transversa thoracis per cartilagines costae 5ae dextrae (et 4ae sinistrae), per costas 4am, 5—10am et per vertebram dorsi 10am ducta. Cadaver hominis mediae aetatis, qui exsudato nimio seroso, sanguinolento (scorbuticae indolis) in cavea pleurae sinistrae et in hydropericarditide (in gradu leviori) laborabat.

Facies sectionis inferior.—*A*. Os sterni.— *B*. Cartilago costae 5ae dextrae —*C*. Costa 4a.—*D*. *E*. *F*. *G*. *H*. *I*. Costae: 5—10ma.—*K*. Corpus vertebrae dorsi 10ae ad 6 lin Par. supra cartilaginem intervertebralem quae vertebram hanc cum vertebra dorsi 11am jungit persectum. — *a*. *a*. *a*. Cavea pleurae sinistrae exsudatum nimium serosum *a*. *a*. et sanguinolentum continens.—*b*. *b*. *b*. Pleura costalis dextra etiam exsudatum parvum serosum *b*. *b*. continens. — *d*. *d*. *d*. Pleura pulmonalis dextra. — *e*. Lobus inferior pulmonis dextri. Pulmo sinister exsudato sinistro-sursum elevatus et compressus in segmento sectionis superiori relictus est. — *f*. Textus cellulosus mediastini anterioris oedemate correptus.—*g*. *g*. *g*. Pericardium exsudato seroso *g*. *g*. paulo extensum.—*h*. Particula apicis cordis exsudato seroso pleurae sinistrae ad dextrum latus propulsi cum rudimentis *h''* ventriculi dextri et *h'''* sinistri oblique persecti. — *i*. *i*. Apex partis convexae diaphragmatis simul cum lobo dextro hepatis *k*. persectus. — *α*. *α*. *α*. Foramen quadrilaterum in parte tendinea diaphragmatis pro transitu *l*. venae cavae inferioris inserviens. — *m*. *m*. Venae hepaticae prope introitum in v. caveam inferiorem persectae. — *n*. Oesophagus. — *o*. Aorta abdominalis.

FASCICULUS 2 A.

CAVUM THORACIS IN LONGITUDINEM DIFFISSUM.

Icones fasciculi hujusce thoracem in longitudinem diffissum repraesentant.

Thorax solide congelatus serra mechanica *per strata, aeque inter se et lineam corporis medianam distantia*, ab extremitate acromiali claviculae sinistrae ad eandem fere extremitatem claviculae dextrae perciditur ita, ut cavum thoracis quovis ductu serrae in duo segmenta; *dextrum et sinistrum*, dividatur. Sectiones igitur in longitudinem thoracis modo per convexitates costarum et per cava pleurae utriusque lateris, modo per lineam medianam thoracis et per mediastina ducuntur. In his limites cujusvis sectionis anteriores sterno, posteriores columna vertebrarum, in illis autem superiores limites claviculis et costis (3ª, 2ª, et 1ª) anteriores et posteriores costis et cartilaginibus costarum, inferiores demum diaphragmate constituuntur.

Quaelibet lamina thoracis congelati hac directione diffissi duas facies offert: *internam* idest lineae medianae corporis propiorem et *externam* ab axi corporis magis remotam. In sectionibus, quae per cavum pleurae *dextri* lateris ducuntur, *externa* facies cujuslibet laminae persectae simul *dextra*, *interna* vero facies simul *sinistra* est, et vice versa in sectionibus cavi pleurae *sinistrae interna* sectionum facies *dextro*, *externa* autem *sinistro* thoracis lateri respondet.

Limites sectionum, quae dextram sinistramque cavitatem pleurae in longitudinem diffindunt, distantia lineae secantis a capitulis costarum, articulationibus costosternalibus et a conjunctione cartilaginum cum costis, in sectionibus vero, quae per mediam partem thoracis ducuntur, distantia hujusce lineae a junctura cartilaginum costarum cum sterno, nec non a media parte corporum vertebrarum determinantur.

In explicatione iconum distantiam hanc pro unaquaque sectione exactissime adnotavi. Primariae cordis partes, ut valvulae et ostia venosa ac arteriosa praecipue in sectionibus per articulationes sternoclaviculares (sinistram et dextram), per cartilagines costarum et per lineam thoracis medianam in longitudinem ductis, perscinduntur. Perscrutanti mihi ejusmodi sectiones, hoc notatu dignum esse videbatur, quod serra thoracem inter una eademque puncta sceleti secans non tam diversas cordis partes atque in sectionibus transversis per spatium intercostale tertium et quartum (quae situi ostiorum et valvularum cordis respondent) ductis, ferit, (quamobrem effigies harum sectionum etiam magis variabilem aspectum, ut vidimus, praebent). Attamen et sectiones in longitudinem per puncta sceleti, de quibus hic monui, ductae, nunquam perfecte easdem partes cordis attingere posse, pro certo habeo, quum cavitates cordis in diversis cadaveribus modo vacuae, modo sanguine scatentes sint, quum porro volumen cordis et mediastini anterioris, longitudo ac latitudo costarum claviculaarumque valde diversae sint et praeterea cor in nonnullis morbis thoracis se plus minusve ad dextram vertat; unde etiam complures sectiones per articulum sternoclavicularem dextrum sinistrumque, nec non per lineam medianam corporis institutas, quibus haec diversitas in aspectu partium cordis persectarum evidentissime demonstratur, adumbravi.

Sectiones thoracis transversas, cum iis quae in longitudinem ducuntur, comparantes, has relationem situs atriorum cordis ad situm ventriculorum et cavitatum ventriculorum ad ostia arteriosa, illas vero mutuam relationem situs ostiorum venosorum et unius atrii ad alterum illustrare et demonstrare , persuasum habemus. Quoad directionem vero et aspectum mediastinorum, hoc sectionibus thoracis transversis aptius, quam iis, quae in longitudinem ducuntur, demonstratur. Confinium autem inter cavum thoracis et abdominis, quod diaphragmate constituitur, perinde ac forma et directio ipsius, in his sectionibus clare et evidenter conspicitur, ita ut thorax in longitudinem diffissus tanquam cavum a cavitate abdominis perfecte sejunctum oculis proponatur.

Ut locus, ubi sectio per cor in longitudinem ducta est, clarius determinetur, nonnullas icones effinxi, quae eadem encheiresi ac in sectionibus transversis (vid. fasc. 2 pag. 5) ad naturae veritatem delineatae sunt, locumque, ubi linea secans per superficiem externam cordis transit, indicant.

Sectiones, de quibus in hoc fasciculo agitur, non sunt tam idoneae ad situm musculorum nervorumque demonstrandum, quam sectiones transversae; hanc ob causam in iconibus his nec musculos neque vaginas, quibus inclusi sunt, neque truncos nerveos illustravi. Ceterum omnia, quae de modo adumbrandi membranas serosas organorum thoracis eorumque plicas et inflexiones, nec non diversas partes cordis, quae profundius, quam planum aequale sectionis sitae sunt, jam in fasciculo primo monui, non minus de iconibus sectionum in longitudinem ductarum valent.



EXPLICATIO ICONUM.

Tab. 1. Tres sectiones lateris sinistri thoracis sani in longitudinem per extremitatem acromialem claviculae, per apicem costae quartae (fig. 1.) et per costam tertiam (fig. 2 et 3) ductas adumbrat.

Fig. 1. Sectio per extremitatem acromialem claviculae, per apicem arcus costae 4ae, et per arcus costarum 5ae, 6, 7, 8, 9, 10ae sinistri lateris in longitudinem ducta.

Thorax juvenis macilenti. Organa respirationis et circulationis, parvo exsudato in cavitate pleurarum et adhaesionibus nonnullis exceptis, in statu plane normali. Longitudo claviculae sinistrae lin. 50 Par. adaequans.

Facies sectionis interna: *A*. Extremitas acromialis claviculae ad 9 lin. Par. ab articulatione acromioclaviculari, persecta. — *B*. Margo internus processus coracoidei scapulae persectus. — *C*. Corpus scapulae prope radicem spinae et ad $1^3/_4$ poll. Par. a margine inferiore cavitatis glenoideae, percisum. — *D*. Spina scapulae. — *E*. Arcus costae quartae in medio inter convexum et concavum ipsius marginem in α. ad 36 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, in β. autem ad $20^1/_2$ lin. Par. a junctura costae cum cartilagine, percisus. — *FF*. Arcus costae 5ae. — *GG*. Arcus costae 6ae. — *H*. Arcus costae 7ae. — *F*. Cartilago costae octavae ad 35 lin. Par. a junctura ipsius cum sterno, persecta. — *I. I'*. Costa 8a. et cartilago ipsius. — *K.K*. Costa 9a et cartilago ipsius. — *LL*. Costa 10a. et cartilago ipsius. — M. Costa 11a. — *a. a. a. a*. Pleura costalis. — *a'. a'*. Inflexiones pleurae costalis in *b. b. b*. pleuram diaphragmaticam. — *c. c. c*. Pleura pulmonalis. — d. Lobus superior pulmonis sinistri prope superficiem ejus convexam persectus. — *e*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *f. f. f*. Diaphragma, praecipue pars costalis ipsius. — *g*. Convexa superficies lienis, cujus stratum tenue, crassitudinis 2 lin. Par. abscisum conspicitur. — *h*. Omentum majus. — *i. i*. Vasa subclavia.

Fig. 2. Sectio lateris sinistri ejusdem thoracis per extremitatem acromialem claviculae, per marginem superiorem processus coracoidei scapulae et per arcus costarum 3ae — 10ae in longitudinem ducta.

Facies sectionis interna: *A*. extremitas acromialis claviculae. — *B*. Margo superior processus coracoidei scapulae ad 15 lin. Par. ab articulatione acromioclaviculari, persectus. — *C*. Arcus costae 3ae ad 31 lin. Par. a margine superiore capituli costae hujusce, persectus. — *C'*. Arcus costae ejusdem ad 22 lin. Par. a junctura ipsius cum cartilagine, percisus. — *D*. *D*. Arcus costae 4ae. — *E*. Arcus costae 5ae. — *F*. *F*. Arcus costae 6ae. — *G*. *G*. Arcus costae 7ae. — *H*. Costa 8va. — *H'*. Cartilago costae 8ae ad 30 lin. Par. a junctura cum sterno, persectus. — *I*. Costa 9na. — *K*. Costa 10a. — *L*. Costa 11a ad 24½ lin. Par. a margine inferiore capituli ipsius persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a' a'*. Inflexiones pleurae costalis in *b*. *b*. *b*. pleuram diaphragmaticam. — *c*. *c*. *c*. Pleura pulmonalis. — *d*. Exsudatum parvum serosum in cavo pleurae sinistrae. — *e*. Lobus superior in *e''*. cum lobo inferiore pulmonis sinistri *e'*. coalitus. — *f*. *f*. *f*. Diaphragma. — *g*. Lien fere in medio persectus. — *h*. Apex sacci caeci ventriculi. — *i*. Omentum majus.

Fig. 3. Sectio lateris sinistri thoracis per apicem arcus costae 3ae, per arcus costarum 4ae, — 10ae et per costas 11am et 12am in longitudenem ducta. Thorax viri. Pulmones sani.

Facies sectionis interna: *A*. Apex arcus costae 3ae prope marginem ipsius convexum persectus. *α*. Extremitas posterior apicis arcus costae hujusce ad 53 lin. Par. ab articulatione costovertebrali et *β*. Extremitas ipsius anterior oblique ad 37 lin. Par. (si margo superior costae persectae) et ad lin. 29 (si margo inferior ipsius mensuratur) a junctura costae istius cum cartilagine, percisa. — *B*. *B*. Extremitas arcus costae 4ae persectae. — *C*. *C*. Costa 5a. — *D*. *D*. Costa 6a. — *E*. *E*. Costa 7a. — *F*. *F*. Costa 8a. — *G*. Costa 9a. — *G'*. Cartilago costae 9ae ad lin. 5 Par. a junctura cum costa, persecta. — *H*. Costa 10a. — *I*. Costa 11a. — *K'*. Costa 12a, ad 42 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. *a'*. Inflexiones pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *a'' a'' a''*. Inflexio anterior pleurae costalis in diaphragmaticam, aspectum cavitatis peculiaris liquore seroso impletae habens. — *b*. *b*. *b*. Pleura diaphragmatica. — *c*. *c*. *c*. Pleura pulmonalis. — *d*. Lobus superior et *e*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *f*. *f*. Saccus pericardii in *f'*. cum diaphragmate coalitus. — *g*. Frustulum apicis ventriculi sinistri cordis, latitudinem

lin. 2 Par. adaequans. — *h. h. h.* Diaphragma. — *i.* Pars convexa superior lienis. — *k.* Fundus ventriculi. — *l.* Margo superior renis sinistri. — *m.* Liquor serosus congelatus in cavo peritonaei.

Tab. 2. Duas sectiones per apicem arcus costae 3ae et per arcum costae 2ae lateris sinistri in longitudinem ductas repraesentat.

Fig. 1. Sectio per apicem arcus costae 3ae, per arcus costarum 4ae — 10ae et per costam 11am in longitudinem ducta. Thorax viri, qui hydrope ascitide laborabat.

Facies interna sectionis: *A.* Margo concavus apicis arcus costae 3ae sinistrae. — *α.* Extremitas posterior hujusce marginis ad 54 lin. Par. ab articulatione costovertebrali et *β.* Extremitas ipsius anterior ad 20 lin. Par. a junctura costae 3ae cum cartilagine, persecta. — *B. B.* Arcus costae 4ae dissectae. — *C. C.* Arcus costae 5ae. — *D. D.* Arcus costae 6ae. — *E.* Arcus costae 7ae. — *E'.* Cartilago costae 7ae. — *F.* Costa 8a. — *F'.* Cartilago costae 8ae ad 11½ lin. Par. a junctura cum costa, persecta. — *G.* Costa 9a. — *G'.* Cartilago costae 9ae. — *H.* Costa 10a. — *I.* Costa 11a ad 48 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, persecta. — *a. a. a.* Pleura costalis. — *b. b.* Pleura diaphragmatica. — *c. c. c.* Pleura pulmonalis. — *d.* Liquor serosus in cavo pleurae sinistrae. — *e.* Lobus superior. — *f.* Lobus inferior pulmonis sinistri. — *g. g. g.* Diaphragma. — *h.* Lien. — *i.* Liquor serosus in cavo peritonaei congelatus.

Fig. 2. Sectio per extremitatem sternalem claviculae, per arcum costae 2ae, per arcus costarum 3ae — 10ae et per costam 11am lateris sinistri in longitudinem ducta. Thorax juvenis macilenti (comp. Tab. 1. fig. 2).

Facies interna sectionis. *A.* Pars sternalis claviculae sinistrae ad 18 lin. Par. ab articulo sternoclaviculari, percisa. — *B.* Costa 2a ad 9 lin. Par. ab angulo costae hujusce et ab articulatione ipsius cum processu transverso vertebrae dorsi 2ae, persecta. — *B'.* Costa 2a ad 10 lin. Par. a junctura cum cartilagine et ad 19 lin. Par. a junctura cartilaginis cum sterno, percisa. — *C. C.* Costa 3a. — *D. D.* Costa 4a. — *E. E.* Costa 5a. — *F.* Costa 6a. — *F'.* Cartilago costae 6a. — *G.* Costa 7a. — *G'.* Cartilago costae 7ae ad 19 lin. Par. a junctura cum sterno, persecta. — *H.* Costa 8a. — *I.* Costa 9a. — *K.* Costa 10a. — *L.* Costa 11a ad 14 lin. Par. a margine inferiore capituli, persecta. — *M.* Margo posterior scapulae. — *a. a. a.* Pleura costalis. — *a'. a'.* Inflexiones pleurae costalis in *b. b.* pleuram diaphragmaticam. —

c. c. c. c. Pleura pulmonalis. — *d.* Lobus superior et *e* lobus inferior pulmonis sinistri. — *f. f.* Saccus pericardii. — *g. g.* Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *h.* Liquor serosus in cavo pericardii. — *i.* Apex cordis et pars infera cavitatis ventriculi sinistri. — *k. k. k.* Diaphragma. — *l.* Margo inferior lienis. — *m.* Frustulum lobi sinistri hepatis. — *n.* Ventriculus. — *o.* Margo convexus renis sinistri persecti.

Tab. 3. Sectiones duas per apicem arcus costae 1ae lateris sinistri in longitudinem ductas repraesentat.

Fig. 1. Sectio per extremitatem sternalem claviculae, per marginem convexum arcus costae 1ae sinistrae et per arcus costarum 2ae, — 7ae, in longitudinem ducta. Thorax juvenis macilenti (comp. Tab. 2. fig. 2.) Pulmones sani.

Facies interna sectionis. *A.* Extremitas sternalis claviculae sinistrae ad 14 lin. Par. ab articulatione sternoclaviculari, persecta. — *B.* Apex arcus costae 1ae ad 3 lin. Par. a summa convexitate marginis ipsius inferioris, persectus. — *C'.* Costa 2a ad 6 lin. Par. a junctura anguli costae cum processu transverso vertebrae dorsi 2a, persecta. — *C.* Costa 2a. — *D. D.* Costa 3a. — *E. E.* Costa 4a. — *F.* Costa 5a. — *F'.* Cartilago costae 5ae ad 17 lin. Par. a junctura cum osse sterni, persecta. — *G.* Costa 6a. — *G'.* Cartilago costae 6ae. — *H.* Costa 7a. — *H'.* Cartilago costae 7ae ad 17 lin. Par. a junctura cum sterno, percisa. — *I.* Costa 8a. — *K.* Costa 9a. — *L.* Costa 10a. — *M.* Costa 11a. ad 11 lin. Par. a collo costae, persecta — *a. a. a.* Pleura costalis. — *a'. a'.* Duplicaturae aut inflexiones pleurae costalis in *b.* pleuram diaphragmaticam. — *c. c. c.* Pleura pulmonalis. — *d.* Lobus superior et *e.* lobus inferior pulmonis sinistri. — *f. f. f.* Saccus pericardii. — *g. g.* Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *h.* Liquor serosus in cavo pericardii. — *i.* Pars infera cavitatis ventriculi dextri cordis. — *k.* Cavum ventriculi sinistri cordis persectum. — *l. l.* Diaphragma. — *m.* Margo inferior lienis. — *n.* Frustulum lobi sinistri hepatis. — *o.* Ventriculus. — *p.* Ren sinister.

Fig. 2. Sectio per marginem convexum costae 1ae sinistrae et per arcus costarum 2ae — 7ae in longitudinem ducta. Thorax viri, qui ascitide laborabat. Pleura costalis cum pleura diaphragmatica et pulmonali firmiter coalita. (Comp. Tab. 2. fig. 1).

Facies sectionis interna. *A.* Margo convexus costae 1ae in α. ad 23 lin. Par. ab articulatione costo vertebrali et in β. ad 13 lin. Par. a junctura cum sterno,

persectus. — *B. B*. Costa 2a. — *C. C*. Costa 3a. — *D. D*. Costa 4a. — *E. E*. Costa 5a. — *F*. Costa 6a. — *F'*. Cartilago costae 6ae. — *G*. Costa 7a. — *G'*. Cartilago costae 7ae ad 21 lin. Par. a junctura cum costa 7a persecta. — *H*. Costa 8a. — *I*. Costa 9a. — *K*. Costa 10a ad 19 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, percisa. — *a. a. a*. Pleura costalis cum pleura diaphragmatica et pulmonali firmiter coalita. — *b*. Lobus superior et *c*. lobus inferior pulmonis sinistri. — *d. d. d*. Saccus pericardii. — *e*. Lamina serosa pericardii cor tegens. — *f*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *g*. Pars anterior inferaque cavi ventriculi dextri cordis. — *h*. Septum ventriculorum. — *i*. Cavum ventriculi sinistri cordis prope apicem cordis persectum. — *k. k*. Diaphragma. — *l. l*. Media pars lienis. — *m*. Frustulum lobi sinistri hepatis prope ligamentum suspensorium hepatis persecti. — *n*. Fundus ventriculi. — *o*. Liquor serosus in cavo peritonaei congelatus.

Tab. 4. Duas sectiones per apicem arcus costae 1ae et per arcum costae 1ae lateris sinistri institutas adumbrat.

Fig. 1. Sectio per apicem arcus costae 1ae, per arcus costarum 2ae — 8ae et per extremitatem vertebralem costarum 9ae — 12 sinistri lateris in longitudinem ducta. Thorax viri. Pulmones hyperaemici. Frustula glaciei inter laminas serosas pleurae et pericardii et frustula sanguinis glaciati e cavitatibus cordis non sunt remota; quamobrem confinia membranarum serosarum thoracis et partes profunde in cavis cordis inclusae non conspiciuntur.

Facies interna sectionis *A*. Apex arcus costae 1ae fere in medio inter marginem ipsius convexum et concavum in *α*. ad 29 lin. Par. ab articulatione costovertebrali et in *β*. ad 4 lin. a junctura cum cartilagine, percisus. — *B. B*. Margines arcus costae 2ae persectae. — *C. C*. Margines arcus costae 3ae, persectae. — *D. D'*. Costa 4a et cartilago ipsius. — *E. E'*. Costa 5a et cartilago ipsius. — *F. F'*. Costa 6a et cartilago ipsius. — *G*. Costa 7a. — *H*. Costa 8a. — *G'. H'*. Cartilagines costae 7ae et 8ae, ad 18 lin. Par. a junctura cum costis, persectae. — *I. K. L*. Costae 9, 10, et 11a. — *M*. Costa 12a, ad 20 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, percisa. — *a'. a'*. Inflexiones pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *b*. Lobus superior et *c*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *d*. Diaphragma. — *e. e*. Saccus pericardii. — *f. f*. Liquor serosus congelatus in cavo pericardii et in cavo pleurae. *g*. — Cavum ventriculi dextri cordis prope apicem cordis persectum. — *h*. Conus arteriosus ventriculi dextri. — *i*. Initium arteriae

pulmonalis ex cono arterioso cum una parte valvulae semilunaris per marginem ipsius liberum sive concavum persectum. — *k*. Septum ventriculorum. — *l*. Cavum ventriculi sinistri cordis. — *m*. Particula atrii sinistri. — *n*. Margo posterior ostii venosi sinistri cum *o*. una lacinia valvulae mitralis (lateralis sinistrae) coagulo sanguineo tectae. — *p*. Lien per marginem ipsius superum et convexum percisus. — *q*. Pars cardiaca et *r*. pars pylorica ventriculi. — *s*. Lobus sinister hepatis. — *t*. Ren sinister.

Fig. 2. Sectio per extremitatem sternalem claviculae sinistrae prope articulum sternoclavicularem, per collum et cartilaginem costae 1^{ae} prope juncturam ipsius cum sterno, nec non per arcus costarum 2^{ae} — 7^{ae} lateris sinistri in longitudinem ducta. Thorax juvenis. Pulmones sani (comp. Tab. 3, fig. 1). Frustula sanguinis glaciati ex cavitatibus cordis remota.

Facies interna sectionis: *A*. Extremitas sternalis claviculae sinistrae ad 7 lin. Par. a capitulo claviculae persecta. — *B*. Collum costae 1^{ae} prope marginem internum anguli costae hujusce persectum. — *B'*. Cartilago costae 1^{ae} ad 2 lin. Par. a junctura cum sterno percisa. — *C*. Radix processus transversi vertebrae dorsi 1^{ae}. — *D*. *D'*. Costa 2^{a} et cartilago ipsius. — *E*. *E*. *F*. *F'*. *G*. *G'*. *H*. *H'*. Costae 3^{a}, 4^{a}, 5^{a}, 6^{a}, et cartilagines harum costarum. — *I*. Costa 7^{a}. — *I'*. Cartilago costae 7^{ae} ad 9 lin. Par. a junctura cum sterno persecta. — *K*. *L*. *M*. Costae 8^{a}, 9^{a}, 10^{a}. — *N*. Costa 11^{a} inter collum et angulum persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *b*. Inflexiones pleurae costalis in planum diaphragmaticum. — *c*. *c*. Pleura pulmonalis. — *d*. Margo internus lobi superioris pulmonis sinistri. — *e*. Lobus inferior pulmonis sinistri. — *f*. *f*. Saccus pericardii. — *f'*. *f'*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis obvolvens. — *g*. *g''*. Inflexiones laminae serosae pericardii circa truncum arteriae pulmonalis et auriculam sinistram cordis. — *h*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *i*. Vena innominata sinistra. — *k*. *k*. *k*. Glandulae bronchicae. — *l*. Bronchus sinister. — *m*. *m'*. Cavum ventriculi dextri. — *n*. Conus arteriosus ventriculi dextri. — *o*. *o*. Valvulae semilunares arteriae pulmonalis (quarum altera septo ventriculorum, altera vero parieti anteriori coni arteriosi propior est). — *p*. Truncus arteriae pulmonalis. — *p'*. Ramus sinister art. pulmonalis. — *q*. Septum ventriculorum. — *r*. Cavum auriculae sinistrae. — *s*. Cavum ventriculi sinistri cordis prope *t*. marginem posterum ostii venosi sinistri simul cum lacinia posteriore valvulae mitralis persectum. — *u*. Vena pulmonalis sinistra. — *α*. Vena magna Galeni. — *β*. Sulcus circularis sive transversus cordis. — *v*. *v*. Diaphragma. — *w*. Lobus sinister hepatis. — *y*. Ren sinister. — *x*. Glandula suprarenalis.

Tab. 5. Duas sectiones per externum marginem articulationis sternoclavicularis sinistrae, per collum et per cartilaginem costae 1ae, per arcus costarum 2ae — 8ae et per costas 9am — 12am in longitudinem ductas effingit. Picturas lineares iconis hujusce cum iis Tab. 4 et 3 si comparamus, faciem superiorem diaphragmatis, quae in sectionibus per apicem arcus costarum 3ae, 2ae, 1ae, ductis aspectum fornicis perfecte arcuati habet, in sectionibus per partem externam articuli sternoclavicularis sinistri factis, lineam undulatam repraesentare animadvertimus (quod ex contemplatione fig. 2, Tab. 4, et fig. 1 et 2 Tab. 5 patet). Differentia haec in directione diaphragmatis situ lobi sinistri hepatis, qui diaphragma sursum tollit et in tribus ultimis sectionibus jam in conspectum prodit, explicatur. Cor dextrum in his tribus sectionibus in uno fere eodemque loco (per cavitatem ventriculi dextri, conum arteriosum et originem arteriae pulmonalis), cor vero sinistrum in una sectione, quae ab articulatione sternoclaviculari sinistra magis remota est (ut in Tab. 4, fig. 2), circa ostium venosum sinistrum, in altera et tertia sectione per articulum sternoclavicularem ipsum ducta, propius apicem cordis persecatur, quod diverso volumine et diversa crassitudine parietum ventriculi sinistri forsitan explicari potest (ut in Tab. 5, fig. 1 et 2).

Fig. 1. Sectio per marginem externum articuli sternoclavicularis, per collum costae 1ae, per arcus costarum 2ae — 8ae et per costas 9am — 12am lateris sinistri in longitudinem ducta. Thorax juvenis. Pulmones anaemici, ceterum in statu normali. Cor sanum.

Facies interna sectionis: *A*. Margo externus articuli sternoclavicularis sinistri cum frustulo cartilaginis interarticularis. — *B*. Capitulum claviculae sinistrae ad 4 lin. Par. ab interno sive convexo margine ipsius persectum. — *C*. Collum costae 1ae ad 3 lin. Par. ab articulatione costovertebrali persectum. — *D*. Processus transversus vertebrae dorsi 1ae. — *E*. Costa 2a. — *E'*. Cartilago costae 2ae ad 6 lin. Par. a junctura cum costa 2a persecta. — *F*. Junctura anguli costae 3ae cum processu transverso vertebrae dorsi 3ae. — *F'*. Cartilago costae 3ae. — *G*. *G'*. *H*. *H'*. *I*. *I'*. Costae 4, 5, 6a, et cartilagines harum costarum. — *K*. Costa 7a. — *K'*. Cartilago costae 7ae ad 19 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *L*. Costa 8a. — *L'*. Cartilago costae 8ae ad 25 lin. Par. a junctura cum costa hac percisa. — *M*. *N*. *O*. Costae 9a, 10a, 11a. — *P*. Costa 12a ad 14 lin. Par. ab articulatione costovertebrali persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. Inflexio pleurae costalis in *b*. *b*. pleuram diaphragmaticam. —

a''. *a''*. *a''*. Inflexiones pleurae costalis in *c*. *c*. *c*. pleuram pulmonalem. — *c''*. Textus cellulosus mediastini anterioris et lamina pleurae mediastineae sinistri lateris. Particula lobi superioris pulmonis sinistri sub lamina hac pleurae mediastineae intacta manet, quia sectio ad dextram laminae ducta est. — *d*. *d*. Lobus superior pulmonis sinistri ad utrumque latus laminae mediastineae hic intactae persectus. — *e*. Lobus inferior pulmonis sinistri a superiore lobo nondum sejunctus. — *f*. *f*. Saccus pericardii. — *f'*. *f'*. Inflexiones laminae serosae pericardii circa truncum arteriae pulmonalis in *g*. *g*. superficiem externam cordis. — *h*. *h*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *i*. Cavum ventriculi dextri cordis et paries anterior coni arteriosi. — *k*. *k*. Duae valvulae semilunares arteriae pulmonalis, anterior et lateralis sinistra, ab utroque latere persectae. — *l*. Truncus arteriae pulmonalis. — *m*. Septum ventriculorum oblique persectum. — *n*. Cavum ventriculi sinistri cordis. — *o*. Musculi papillares et tendines valvulae mitralis persecti. — *p*. Particula auriculae sinistrae. — *pp*. Diaphragma. — *q*. Lobus sinister hepatis.

Fig. 2. Sectio per mediam fere partem articuli sternoclavicularis sinistri (ad 3 lin. Par. a margine interno capituli claviculae sinistrae) per angulum costae 1^{ae}, per arcus costarum 2^{ae} — 7^{ae} et per costas 8^{am} — 12^{am} in longitudinem ducta. Thorax viri. Pulmones granulationibus tuberculosis obsiti.

Facies interna sectionis: *A*. Articulatio sternoclavicularis sinistra per mediam fere partem persecta. — *B*. Capitulum claviculae sinistrae ad 3 lin. Par. a margine ipsius interno convexo persectum. — *C*. Costa 1^a ad 7 lin. Par. ab articulatione costovertebrali percisa. — *D*. Processus transversus vertebrae dorsi 1^{ae}. — *E*. Costa 2^a. — *E'*. Cartilago costae 2^{ae} ad 7 lin. Par. a junctura cum costa 2^a percisa. — *F*. *F'*. *G*. *G'*. *H*. *H'*. *I*. *I'*. Costae 3^a, 4^a, 5^a, 6^a e cartilagines harum costarum. — *K*. Costa 7^a. — *K'*. Cartilago costae 7^{ae} ad 36 lin. Par. a junctura cum costa 7^a et ad 10 lin. Par. a junctura cum sterno persecta. — *L*. *M*. *N*. *O*. Costae 8^a, 9^a, 10^a, 11^a. — *P*. Costa 12^a ad 9 lin. Par. ab articulo costovertebrali percisa. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. Inflexio pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *a''*. *a''* *a''*. *a''*. Inflexiones pleurae costalis in pleuram pulmonalem. — *b*. Pleura diaphragmatica. — *c*. *c*. *c*. Pleura pulmonalis. — *d*. Margo anterior lobi superioris pulmonis sinistri. — *e*. Lobus inferior ejusdem pulmonis a lobo superiore nondum sejunctus. — *f*. *f*. *f*. Saccus pericardii. — *f'*. Inflexio laminae serosae pericardii inter arteriam pulmonalem et auriculam. — *g*. *g*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *h*. *h*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *i*. Cavum ventriculi dextri cordis. — *k*. Particula parietis anterioris coni arteriosi et *k''*. *k''*. duae valvulae semilunares arteriae pulmo-

nalis (anterior et lateralis sinistra) ex latere persectae, — *l*. Truncus arteriae pulmonalis. — *m*. Septum ventriculorum. — *n* Cavum ventriculi sinistri sub insertione tendinum valvulae mitralis oblique persectum. — *o*. Paries posterior atrii cordis sinistri. — *p*. Introitus auriculae sinistrae in cavum atrii. — *α*. Arteria coronaria cordis sinistra — *q*. *q*. Diaphragma. — *r*. Lobus sinister hepatis. — *s*. Ventriculus.

Tab. 6. Tres sectiones per mediam partem articuli sternoclavicularis sinistri, per marginem ipsius internum et per jugulum sterni prope articulationem hanc in longitudinem ductas, repraesentat. Figuram primam iconis hujusce cum fig. 2, Tab. 5ae comparantes denuo aliquanto diversas cordis partes persectas animadvertimus, quamquam utraque sectio fere per una eademque puncta sceleti ducta est, quod diversa longitudine clavicularum et cartilaginum costalium, diverso volumine articulationis sternoclavicularis, diverso statu pulmonum (prout scilicet sanguine et sero abundant aut anaemia correpti sunt), et nonnullis declinationibus lineae secantis explicatur. Ex comparatione fig. 1, Tab. 6, cum fig. 2 et 3, etiam patet, diaphragma in media thoracis regione iterum directionem arcuatam, ut in sectionibus per costam 4am et 3am sinistri lateris in longitudinem ductis, sequi.

Fig. 1. Sectio per externam et mediam fere partem articuli sternoclavicularis sinistri (ad $3^1/_2$ lin. Par. a margine externo cavitatis articularis sterni), per costam primam (ad 4 lin. Par. ab articulatione costovertebrali), per arcus costarum 2ae — 7ae et per costas 8am — 12am facta. Thorax viri. Organa respirationis et circulationis sana.

Facies interna segmenti sinistri: *A*. Pars externa et fere media articulationis sternoclavicularis sinistrae ad $3^1/_2$ lin. Par. a margine externo excavationis articularis sterni persecta. — *B*. Pars externa capituli claviculae sinistrae. — *C*. Costa 1a ad 6 lin. Par. ab articulo costovertebrali percisa. — *D*. Processus transversus vertebrae dorsi 1ae. — *E*. Costa 2a. — *E'*. Cartilago costae 2ae ad 7 lin. Par. a junctura cum costa 2a persecta est. — *F*. *F'*. *G*. *G'*. *H*. *H'*. *I*. *I'*. Costae 3a, 4a, 5a, 6a, et cartilagines harum costarum. — *K*. Costa 7a. — *K'*. Cartilago costae 7ae, quae ad 6 — 8 lin. Par. a junctura cum costa 7a percisa est. — *L*. *M*. *N*. *O*. Costae 8a, 9a, 10a, 11a. — *P*. Costa 12a ad 13 lin. Par. ab articulatione costovertebrali percisa. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis. — *a'*. *a'*. Inflexiones pleurae costalis in *a''*. *a''*. pleuram diaphragmaticam. — *a'''*. *a'''*. Inflexiones pleurae costalis in *b*. *b*. *b*. pleuram pulmonalem. — *c*. Liquor serosus in

cavo pleurae.— *d*. Margo anterior lobi superioris pulmonis sinistri. — *e*. Lobus inferior pulmonis sinistri a superiore lobo nondum sejunctus. — *f. f*. Saccus pericardii. — *g. g*. Inflexiones laminae serosae pericardii in *h h*. superficiem externam cordis. — *g''*. Inflexio laminae serosae inter atrium sinistrum et bulbum aortae, aspectum cavitatis serosi peculiaris habens. — *i*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *k*. Cavum ventriculi dextri cordis et paries ipsius anterior, sinister et inferior. Linea secans ad dextram coni arteriosi et oblique per parietem anteriorem ventriculi dextri ducta est, quamobrem cavum coni arteriosi in hac sectione intactum manet et ventriculus hic crassior (ejusdem fere crassitudinis ac ventriculus sinister) apparet. — *l*. Nonnullae tendines valvulae tricuspidalis, quae simul cum ostio venoso in dextro segmento sectionis relicta manet. — *m*. Paries dexter coni arteriosi. — *n. o*. Angulus insertionis valvularum semilunarium arteriae pulmonalis (anterioris et dextrae lateralis). Omnes tres valvulae in hac sectione intactae manent. — *p. p*. Truncus arteriae pulmonalis. — *q. q*. Ramus sinister art. pulmonalis. — *r*. Septum ventriculorum. — *s*. Cavum ventriculi sinistri cordis. Linea secans per *t*. marginem posteriorem ostii venosi sinistri, per *u*. marginem adhaerentem laciniae posterioris valvulae mitralis, nec non per *u''* mediam fere partem laciniae anterioris valvulae mitralis in longitudinem ducta est. — v. Particula parietis atriii cordis sinistri. — *w*. Particula cavi atrii sinistri cum introitu in auriculam sinistram. — *x. x*. Initium bulbi aortae ex ventriculo sinistro. — *y. y*. Duae valvulae semilunares aortae: anterior (propior septo ventriculorum) et lateralis sinistra (propior valvulae mitrali) per marginem liberum et insertum persectae. — *z*. Art. coronaria cordis sinistra. — *α. α*. Diaphragma. — *β*. Lobus sinister hepatis. — *α'*. Ventriculus.

Fig. 2. Sectio per marginem internum articulationis sternoclavicularis sinistrae, per cartilagines costarum 2ae — 7ae ad 2 — 3 lin. Par. a junctura harum cartilaginum cum sterno, per latus sinistrum mediastini anterioris et per processus articulares sive obliquos sinistros vertebrarum dorsalium in longitudinem ducta. Frustula sanguinis glaciati e cavitatibus cordis non perfecte remota. Thorax juvenis macilenti (comp. Tab. 3, fig. 1).

Facies sinistra sectionis: *A*. Margo internus articuli sternoclavicularis sinistri. — *B*. Margo internus prorsus cartilagineus capituli claviculae sinistrae. — *C*. Cartilago interarticularis. — *D*. Fossa articularis sterni. — *E*. Particula cartilaginis costae 1ae cum sterno juncta. — *F*. Cartilago costae 2ae ad 2 lin. Par. a junctura cum sterno percisa. — *G. H. I. K*. Cartilagines costarum 3ae, 4ae, 5ae, 6ae. — *L*. Cartilago costae 7ae ad 3 lin. Par. a junctura cum processu xyphoïdeo ossis sterni persecta. — *M*. Cartilago intervertebralis (inter

2am et 3am vertebram) dorsi. — *N*. Vertebra dorsi 3a. — *O*. Vertebra dorsi 11a per processus articulares sive obliquos persecta. — *a. a. a.* Saccus pericardii. — *a'. a'.* Inflexiones laminae serosae pericardii circa art. pulmonalem et auriculam sinistram. — *a''*. Inflexio laminae serosae pericardii inter bulbum aortae et atrium sinistrum. — *b*. Lamina serosa superficiem externam cordis obvolvens. — *c*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *d. d.* Cavum auriculae sinistrae. — *e. e.* Margo posterior ostii venosi sinistri. — *f''*. Cavum ventriculi sinistri per marginem posterum ostii venosi persectum. — *f*. Valvula mitralis postera et *g*. Valvula mitralis anterior ex parte coagulo sanguinis tecta. — *h. h. h.* Bulbus aortae. — *i. i.* Duae laterales valvulae semilunares aortae — *k*. Septum ventriculorum. — *l. l.* Cavum ventriculi dextri. — *m*. Paries sinister et *n. n.* Cavum coni arteriosi. — *o*. Rudimentum marginis inserti valvulae semilunaris (lateralis sinistrae) arteriae pulmonalis persectae. — *p. p.* Truncus arteriae pulmonalis et initium rami dextri. — *q*. Angulus bifurcationis trunci arteriae pulmonalis in ramum dextrum sinistrumque. — *r*. Bronchus sinister. — *s*. Transitus arcus aortae in aortam descendentem. — *t. c.* Origo arteriae carotidis sinistrae ex arcu aortae. — *v. v. v.* Mediastinum anterius. — *u*. Diaphragma. — *w*. Lobus sinister hepatis.

Fig. 3. Sectio per jugulum sterni prope marginem internum articulationis sternoclavicularis sinistrae, per os sterni ad 3 lin. Par. a junctura ipsius cum cartilaginibus costarum sinistri lateris et per processus articulares obliquos ejusdem lateris in longitudinem ducta. Thorax juvenis 17 annorum. Pulmones tuberculis et hepatisatione lobulari tuberculosa correpti.

Facies sinistra sectionis: *A*. Margo internus articulationis sternoclavicularis sinistrae, quae partibus mollibus hic tecta intactaque manet. Linea secans prope marginem hunc articulationis per manubrium sterni ducta est. — *B. B.* Os sterni ad 3 lin. Par. a junctura cum cartilaginibus costarum sinistrarum persectum. — *C*. Vertebra colli 7a. — *D*. Vertebra dorsi 11a. — *E. E. E.* Processus vertebrarum articulares obliqui. — *a*. Pleura sinistra costalis prope sinistrum marginem mediastini anterioris persecta; per incisionem margo anterior pulmonis sinistri non percisi conspicitur. — *aa*. Mediastinum anterius. — *b. b. b.* Saccus pericardii. — *c. c. c.* Inflexiones laminae serosae pericardii. — *d*. Liquor serosus in cavo pericardii congelatus. — *e*. Auricula cordis dextra. — *e''*. Cavum atrii dextri. Linea secans partim per marginem posteriorem ostii venosi dextri, partim vero ad lineas nonnullas supra hunc marginem per cavum atrii dextri ducta est. — *f'*. Valvula tricuspidalis. — *g*. Introitus venae cordis magnae in cavum atrii dextri. — *h*. Cavum atrii

sinistri supra ostium venosum sinistrum supraque introitum duarum venarum pulmonalium persectum. — *h'*. Ostium venosum sinistrum et valvula mitralis. — *h''*. Septum atriorum. — *i*. Aorta ascendens et initium arcus aortae. — *k*. Initium carotidis sinistrae. — *l*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *m*. Aorta descendens in longitudinem persecta. — *n*. Bronchus sinister. — *o*. Vena innominata sinistra. — *p*. Oesophagus supra portionem cardiacam in longitudinem percisus. — *q*. Diaphragma. — *r*. Lobus sinister hepatis.

Tab. 7. Duas sectiones per jugulum et manubrium sterni ad 5 et 4 lin. Par. a margine interno articuli sternoclavicularis sinistri et per processus obliquos articulares sinistros vertebrarum dorsi in longitudinem ductas repraesentat. Quamquam fig. 1 hujus iconis sectionem propius (ad lin. 4-Par.) ab articulo sternoclaviculari sinistro ductam adumbrat, attamen in imagine hac cor magis ad dextram persectum conspicitur, quam in fig. 2, quae sectionem fere per lineam medianam (ad 5 lin. Par. ab articulo sternoclaviculari sinistro remotam) ductam repraesentat. Hoc forsitan statu pathologico pulmonum, qui in hac sectione infarctis sanguineis correpti erant, aut parva declinatione lineae secantis ad dextram explicari potest.

Fig. 1. Sectio per manubrium sterni ad 4 lin. Par. a margine interno articulationis sternoclavicularis, per processum xyphoïdeum sterni et per corpora vertebrarum ac per processus articulares obliquos sinistri lateris in longitudinem ducta. Thorax juvenis. Pulmones nonnullis tuberculis dispersis correpti. Sectio per cor ita ducta est, ut origo arteriae pulmonalis et tres valvulae semilunares hujus arteriae et aortae intactae, porro unum dimidium cavi ventriculi dextri cum rudimento unius solummodo laciniae valvulae tricuspidalis, totus fere ventriculus sinister et magna pars atrii sinistri in sinistro segmento, particula vero atrii sinistri et totum atrium dextrum in dextro segmento sectionis conspiciantur.

Sinistra facies sectionis: *A*. Manubrium sterni ad 4 lin. Par. a margine interno articuli sternoclavicularis persectum. — *B*. Processus ensiformis ossis sterni. — *C*. Vertebra dorsi 2ª. — *D*. *E*. Vertebrae dorsi 11ª et 12ª per processus obliquos articulares persectae. — *F*. *F*. Processus vertebrarum obliqui articulares. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis sinistra persecta, per incisionem hujus pleurae *c*. margo anterior pulmonis sinistri pleura pulmonali *b*. obtectus conspicitur. — *d*. *d*. Saccus pericardii. — *d''* *e*.

f. Inflexiones laminae serosae pericardii circa aortam ascendentem et atrium sinistrum, et inter arteriam pulmonalem et aortam ascendentem. — *g*. Paries anterior ventriculi dextri. — *h*. Introitus in conum arteriosum. — *i*. Truncus art. pulmonalis, cujus paries sinister aliquanto incisus est. — *k*. Ramus dexter art. pulmonalis. — *l*. Cavum ventriculi dextri cordis. — *m*. Una lacinia valvulae tricuspidalis quae bulbo aortae propior est. — *n*. Septum ventriculorum. — *p*. Paries ventriculi sinistri oblique persectus. — *q*. Exitus e cavo ventriculi sinistri in *q''* bulbum aortae. — *q'''*. Aorta descendens. Paries sinister bulbi aortae ita remotus est, ut omnes tres valvulae semilunares *r*. *s*. hic intactae maneant; (una harum valvularum *r*. septo ventriculorum propior est). — *s*. Angulus insertionis duarum valvularum semilunarium aortae. — *t*. Cavum atrii sinistri supra ostium venosum sinistrum *u*. *u*. persectum. — *v*. Vena innominata sinistra. — *w*. Trachea et *w'*. angulus bifurcationis tracheae. — *x*. Oesophagus in longitudinem percisus. — *y*. *y*. Diaphragma. — *z*. Lobus sinister hepatis.

Fig. 2. Sectio per manubrium sterni ad 5 lin. Par. a margine interno articuli sternoclavicularis sinistri, per insertiones cartilaginum costarum 5ae, 6ae et 7ae in sternum, per corpora et per processus spinosos vertebrarum dorsi ducta. — Columna vertebralis a 1a vertebra dorsi usque ad 8am fere per mediam partem atque per canalem spinalem et ab hac vertebra usque ad 12am per articulationes costovertebrales dextri lateris in longitudinem persecta.

Thorax viri qui infarctis haemoptoicis pulmonum laborabat. Cor ita persectum est, ut dimidium sinistrum cavi ventriculi dextri, totus fere conus arteriosus cum tribus valvulis semilunaribus arteriae pulmonalis, maxima pars ventriculi sinistri cum limbo posteriore ostii venosi sinistri et duae valvulae semilunares bulbi aortae in sinistro segmento, totum vero atrium dextrum, et pars atrii sinistri cum margine anteriore ostii venosi sinistri in dextro segmento sectionis restent.

Facies sectionis sinistra: *A*. Manubrium sterni fere in media parte (ad 5 lin. Par. a margine interno articuli sternoclavicularis sinistri) persectum. — *B*. *B*. Os sterni. — *C*. *D*. Insertiones cartilaginis costae 5ae et 6ae in sternum. — *E*. Cartilago costae 7ae ad 8 lin. Par. ab insertione in os sterni persecta. — *F*. Vertebra colli 7a. — *G*. Latus dextrum corporis vertebrae dorsi 8ae. — *H*. *H*. Capitula costarum 10ae et 11ae. — *I*. Processus spinosus vertebrae colli 7ae. — *I'*. Processus spinosi vertebrarum dorsi. — *K*. Canalis spinalis. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali

accreta. — *a*. Margo anterior pulmonis sinistri. — *aa*. *aa*. Paries posterior vertebralis et diaphragmaticus pleurae costalis sinistrae. — *bb*. Pars posterior lobi inferioris pulmonis sinistri. — *b*. *b*. *b*. Saccus pericardii. — *b''*. *b''*. *b''*. Inflexiones laminae serosae pericardii. — *c*. Liquor serosus in cavo pericardii congelatus. — *d*. Conus arteriosus, cujus paries dexter oblique incisus est. — *e*. Paries anterior ventriculi dextri cordis. — *f*. Pars sinistra et anterior cavi ventriculi dextri cum musculis papillaribus et nonnullis tendinibus valvulae tricuspidalis, quae in segmento dextro sectionis fere intacta remansit. — *g*. Exitus coni arteriosi in arteriam pulmonalem. — *h*. Truncus arteriae pulmonalis. — *i*. Valvula semilunaris anterior arteriae pulmonalis prope marginem ipsius insertum incisa; ceterae valvulae semilunares intactae profundius sitae sunt. — *k*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *l*. Septum ventriculorum. — *m*. Cavum atrii sinistri et introitus venae pulmonalis sinistrae. — *n*. Margo posterior ostii venosi sinistri, cujus margo anterior cum parte valvulae mitralis sectione remotus est. — *o*. Lacinia anterior valvulae mitralis, valvulis semilunaribus aortae propior, in longitudinem persecta. — *p*. Origo bulbi aortae. — *q*. *q*. Duae valvulae semilunares aortae (anterior, septo ventriculorum et lateralis sinistra, valvulae mitrali propior). Margo liber harum valvularum fissus est. — *r*. Aorta ascendens. — *s*. Vena cordis magna. — *t*. Aorta descendens. — *u*. Trachea. — *v*. Oesophagus. — *v''*. Oesophagus prope cardiam in longitudinem diffissus. — *x*. *x*. Diaphragma. — *y*. Lobus sinister hepatis.

Tab. 8. Tres sectiones per mediam fere partem manubrii sterni et per marginem ipsius dextrum (prope articulum sternoclavicularem dextrum) nec non per corpora vertebrarum in longitudinem ductas adumbrat.

Fig. 1. Sectio per mediam fere partem manubrii sterni ad 5 lin. Par. a margine interno articuli sternoclavicularis sinistri (conf. Tab. 7, fig. 2) et per mediam partem vertebrarum dorsi, per canalem spinalem et per processus spinosos vertebrarum in longitudinem ducta.

Thorax viri. Pulmones hepatisatione lobari et multis lobularibus hepatisationibus griseis correpti. — Hepar adiposum et granulosum. Frustula glaciei, quae partes congelatas coarctant, solummodo e cavitatibus cordis remota sunt, quamobrem limites pleurarum, diaphragmatis etc. non tam distincti, quam in aliis sectionibus conspiciuntur.

Facies sinistra sectionis: *A*. Manubrium sterni. — *B*. Vertebra dorsi 1ª. — *C*. Vertebra dorsi 12ª. — *D*. *D*. *D*. Processus spinosi vertebrarum dorsi. —

E. Canalis spinalis medullam spinalem continens. — *a*. Margo anterior pulmonis sinistri. — *aa*. Mediastinum anterius. — *b*. Margo posterior lobi inferioris pulmonis dextri. — *c*. *c*. Saccus pericardii. — *d*. Liquor serosus congelatus in cavo pericardii. — *e*. Paries anterior coni arteriosi persectus. — *f*. Valvula semilunaris arteriae pulmonalis anterior. Sectio per insertionem ipsius in parietem anteriorem arteriae pulmonalis ducta est. — *g*. *g*. Paries anterior ventriculi dextri. — *h''*. Cavum atrii dextri cordis et *h*. introitus venae cordis magnae in cavum atrii dextri. — *i*. Margo posterior ostii venosi dextri. — *k*. *k*. Duae laciniae valvulae tricuspidalis, quarum altera cono arterioso, altera vero septo ventriculorum propior est. Tertia lacinia, simul cum anteriore margine ostii venosi dextri, sectione remota est. — *l*. Cavum atrii sinistri supra *m*. ostium venosum sinistrum persectum. — *n*. Septum atriorum persectum. — *o*. Particula ventriculi sinistri et origo bulbi aortae. — *p*. *p*. *p*. Tres valvulae semilunares aortae. — *q*. Aorta ascendens. — *q''*. Initium arcus aortae. — *q'''*. Initium arteriae innominatae ex arcu aortae. — *r*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *s*. Trachea. — *t*. Aorta descendens. — *u*. *u'*. Vena cava inferior. — *v*. Diaphragma. — *w*. Lobus dexter hepatis et vena hepatica dextra.

Fig. 2. Sectio per mediam fere partem juguli et manubrii sterni, per processum xyphoïdeum, mediastinum anterius et per mediam partem corporum vertebrarum dorsi nec non processuum spinosorum in longitudinem ducta.

Thorax juvenis macilenti. Pulmones et cor in statu normali (conf. Tab. 6, fig. 2).

Facies sinistra sectionis: *A*. Manubrium sterni fere in media parte persectum. — *B*. Os sterni. — *C*. Processus xyphoïdeus fere in medio percisus. — *D*. Cartilago costae 7ae. — *E*. Vertebra colli 4a et *F*. Processus spinosus hujus vertebrae. — *G*. Processus spinosus vertebrae lumborum 1ae. — *H*. Canalis spinalis. — *a*. Mediastinum anterius. — *b*. Particula lobi inferioris pulmonis dextri per incisionem cavi pleurae dextrae denudata. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii et *c'*. *c''*. *c''*. Diversae inflexiones laminae serosae pericardii circa atrium et origines vasorum majorum cordis. — *d*. *d*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *dd*. Paries anterior et cavum ventriculi dextri cordis. — *e*. Cavum auriculae dextrae. — *f''*. Particula atrii dextri et *f*. Introitus venae cordis magnae in cavum atrii dextri. — *g*. Margo ostii venosi dextri et *h*. *h*. Duae laciniae valvulae tricuspidalis cono arterioso et septo ventriculorum propiores. — *i*. *i*. Cavum atrii sinistri cum particula valvulae mitralis, prope ab ostio venoso sinistro persectum. — *k*. *k*. Arcus aortae oblique persectus. — *l*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. —

m. Vena innominata sinistra. — *n*. Arteria anonyma. — *o*. Trachea. — *p*. Oesophagus in nonnullis locis persectus. — *q*. *q*. Diaphragma. — *r*. Vena cava inferior. — *s*. Lobus dexter hepatis.

Fig. 3. Sectio prope marginem internum articuli sternoclavicularis dextri per jugulum et manubrium sterni, per cartilagines costarum 2ae — 7ae dextri lateris, per processus obliquos articulares dextros vertebrarum et per capitula costarum ejusdem lateris in longitudinem ducta.

Thorax ejusdem juvenis macilenti (conf. fig. 2).

Facies externa sectionis: *A*. Manubrium sterni ad internum latus articulationis sternoclavicularis dextri persectum. — *B*. Cartilago costae 2ae dextrae ad 4 lin. Par. ab insertione in sternum persecta. — *C*. Cartilago costae 3ae. — *D*. *D*''. *E*. *E*''. *F*. *F*''. Capitula costarum 4ae, 5ae, 6ae dextri lateris et cartilagines harum costarum. — *G*. Capitulum costae 7ae. — *G*''. Cartilago costae 7ae dextrae ad 3 lin. Par. a junctura cum processu xyphoïdeo sterni, persecta. — *H*. Capitulum costae 9ae. — *K*''. *K*''. Processus obliqui superiores et inferiores vertebrae lumborum 1ae. — *a*. *a*. *a*. Cavum pleurae dextrae in duobus locis (sub sterno et ante columnam vertebralem) persectum. — *b*. Margo anterior pulmonis dextri. — *c*. Margo posterior lobi inferioris pulmonis dextri. — *d*. *d*. Saccus pericardii et inflexiones laminae serosae pericardii in superficiem externam cordis. — *e*. Particula parietis ventriculi cordis dextri. — *e*''. Particula auriculae dextrae. — *f*. Cavum atrii cordis dextri (oblique percisi) circa introitum venarum cavarum persectum. — *g*. *g*. Vena cava superior. — *h*. *h*. Vena cava inferior. — *i*. Vena hepatica dextra. — *k*. Atrium sinistrum. — *k*''. Septum atriorum. — *l*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *ll*. Bronchus dexter. — *m*. *m*. Glandulae bronchicae. — *n*. *n*. Diaphragma. — *o*. *o*. Lobus dexter hepatis.

Tab. 9. Tres sectiones ad marginem internum et per internam partem articuli sternoclavicularis dextri nec non per mediam fere partem columnae vertebralis in longitudinem ductas effingit.

Fig. 1. Sectio prope internum marginem articuli sternoclavicularis dextri, per sternum (ad 6 lin. Par. a dextro ipsius latere), per mediam partem corporum vertebrarum dorsalium 2ae, 3ae, 4ae, 5ae et per dextrum latus vertebrarum dorsi 6ae — 11ae in longitudinem ducta.

Thorax viri qui ascitide laborabat (conf. Tab. 3, fig. 2).

Facies externa sectionis: *A*. Margo internus capituli claviculae dextrae. — *B*. Manubrium sterni. — *C*. Os sterni circa insertionem cartilaginis costae 4ae dextri lateris ad 6 lin. Par. a margine dextro, persectum. — *D*. Initium processus xyphoïdei. — *E*. Corpus vertebrae dorsi 2ae. — *F*. Processus spinosus hujus vertebrae. — *G*. Canalis spinalis inter vertebram dorsi 2am et 5am apertus. — *a. a. a*. Pars anterior seu mediastinea cavi pleurae dextrae. — *b*. Margo anterior lobi superioris pulmonis dextri. — *c. c*. Saccus pericardii. — *c''. c''. c'''. c'''*. Diversae inflexiones laminae serosae pericardii. — *d*. Cavum et paries sinister venae cavae superioris. — *e*. Introitus venae innominatae sinistrae in venam cavam superiorem. — *f*. Particula venae cavae inferioris ex parte solummodo persecta. — *g*. Sinus venarum cavarum. — *h. h*. Parietes et cavum apertum atrii dextri cordis. — *h''*. Introitus venae cordis magnae in cavum atrii dextri. — *i. i*. Ostium venosum dextrum et *k.k*. laciniae valvulae tricuspidalis. — *l*. Introitus auriculae dextrae in cavum atrii dextri. — *m*. Auricula dextra prope introitum in atrium dextrum persecta. — *n. n*. Atrium sinistrum. — *o*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *p*. Oesophagus. — *q*. Aorta descendens. — *r. r*. Diaphragma. — *s*. Liquor serosus in cavo abdominis congelatus. — *t*. Lobus sinister hepatis.

Fig. 2. Sectio per marginem internum articuli sternoclavicularis dextri (ad 5 lin. Par. a margine interno cavitatis articularis sterni), per cartilagines costarum 2ae — 7ae dextri lateralis, per collum costae 1ae, 2ae, 3ae ejusdem lateris et per latus dextrum corporum vertebrarum dorsi 6ae — 12ae in longitudinem facta.

Thorax viri. Pulmones infarctis sanguineis correpti (conf. Tab. 7, fig. 2).

Facies sectionis externa: *A. B*. Pars interna articulationis sternoclavicularis dextrae ad 5 lin. Par. a margine interno cavitatis articularis sterni, persecta. — *C*. Costa 1a ad 5 lin. Par. ab articulo costovertebrali persecta. — *D*. Cartilago costae 2ae dextrae ad 13½ lin. Par. a junctura cum costa percisa. — *E. F. G. H*. Cartilagines costarum 3ae, 4ae, 5ae, 6ae dextri lateris. — *I*. Cartilago costae 7ae ad 4 lin. Par. a junctura cum processu ensiformi ossis sterni, percisa. — *K*. Vertebra dorsi 6a. — *L*. Vertebra lumborum 1a. — *M. M*. Processus obliqui vertebrarum articulares dextri lateris. — *N. N*. Processus spinosi vertebrarum. — *a. a. a. a*. Pars sternalis et vertebralis cavi pleurae dextrae. — *b*. Margo anterior et *c*. Margo

posterior pulmonis dextri. — *cc.cc*. Saccus pericardii. — *cc''.cc''.cc''*. Inflexiones laminae serosae pericardii, quae aspectum cavitatum serosarum peculiarium offerunt. — *d*. Vena cava superior. — *e*. Introitus venae innominatae sinistrae in venam cavam superiorem. — *f*. Introitus venae, quae azygos appellatur, in venam cavam superiorem et arcus, quem vena azygos circa bronchum dextrum (*t*.) format. — *g*. Vena cava inferior. — *h*. Tuberculum Loweri. — *h''*. Fossa ovalis. — *i*. Introitus venae magnae cordis in cavum atrii dextri. — *k*. Cavum atrii dextri. — *l*. *l*. Ostium venosum dextrum. — *m*. *m*. Valvula tricuspidalis. — *n*. Particula parietis ventriculi dextri. — *o*. Sulcus circularis cordis. — *p*. Arteria coronaria dextra. — *q*. Introitus in cavum auriculae dextrae. — *q''*. Auricula dextra. — *r*. Particula auriculae sinistrae. — *s*. *s*. Rami ex ramo dextro arteriae pulmonalis. — *t*. Bronchus dexter. — *u*. *u*. Diaphragma. — *v*. Lobus dexter hepatis. — *w*. Ligamentum teres et vena portarum hepatis. — *x*. *x*. Lobus quadratus hepatis. — *y*. *y*. Sulcus longitudinalis sinister hepatis.

Fig. 3. Sectio per marginem internum articuli sternoclavicularis dextri, per cartilaginem costae 2ae dextrae (ad 12 lin. Par. a junctura cum costa), per cartilagines costarum 3ae, 4ae, 5ae, 6ae, per cartilaginem costae 7ae (ad 29 lin. Par. a junctura cum costa) et per mediam fere partem columnae vertebralis in longitudinem ducta.

Thorax juvenis. Pulmones tuberculis dispersis correpti (conf. Tab. 7, fig. 1).

Superficies externa sectionis: *A*. *B*. Margo internus cavitatis articularis sterni. — *C*. Cartilago costae 2ae ad 12 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *D*. *E*. *F*. *G*. Cartilagines costarum 3ae, 4ae, 5ae, 6ae — *H*. Cartilago costae 7ae ad 29 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *I*. Vertebra dorsi 2a. — *K*. Vertebra lumborum 1a persecta. — *a*. *a*. *a*. *a*. Pars costalis et vertebralis cavi pleurae dextrae. — *b*. Margo anterior pulmonis dextri. — *c*. *d*. Margo posterior pulmonis dextri. — *e*. *e*. *e*. Saccus pericardii. — *e''*. *e''*. *e''*. Inflexiones laminae serosae pericardii. — *f*. *f*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *g*. Vena cava superior. — *gg''*. *gg''*. Vena cava inferior. — *h*. *h*. Auricula dextra. — *hh*. Tuberculum Loweri. — *hhh*. Fossa ovalis incisa. — *i*. Atrium dextrum in hoc loco supra ostium venosum dextrum et in *k*. prope limbum ostii hujus (*ii*) persectum. — *k''*. Valvula tricuspidalis. — *kk*. Introitus venae magnae cordis in atrium dextrum. — *kkk*. Arteria coronaria dextra. — *l*. Parietes ventriculi dextri. — *m*. *m*. Cavum

atrii sinistri. — *n*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *o*. Vena innominata. — *oo*. Arteria anonyma oblique persecta. — *p*. Transitus tracheae in bronchum dextrum oblique persectum. — *q*. Glandula bronchialis persecta. — *r*. *r*. Diaphragma. — *s*. Lobus dexter hepatis.

Tab. 10. Duas sectiones per internam et mediam partem articuli sternoclavicularis dextri, per cartilagines costarum 2ae — 7ae et per extremitatem vertebralem costarum ejusdem lateris in longitudinem ductas repraesentat.

Fig. 1. Sectio per mediam et externam partem articuli sternoclavicularis dextri, per cartilagines costarum 1 — 7ae et per angulos et capitula costarum ejusdem lateris in longitudinem ducta.

Thorax juvenis macilenti (conf. Tab. 8, fig. 3).

Facies externa sive dextra sectionis: *A*. Media et externa pars articulationis sternoclavicularis dextrae persectae. — *B*. Processus transversus vertebrae dorsi 1ae. — *C*. Angulus costae 1ae ad 3 lin. Par. ab articulatione ipsius cum processu transverso vertebrae dorsi 1ae persectus. — *C'*. Cartilago costae 1ae ad 6 lin. Par. a junctura cum costa 1a persecta. — *D*. *D'*. *E*. *E'*. *F*. *F'*. *H*. *H'*. *I*. *I'*. Costa 2 — 7a et cartilagines harum costarum. — *K*. *L*. *M*. *N*. Costae 8 — 11ae. — *O*. Capitulum costae 12ae. — *a*. Glandula thyreoidea paullo hypertrophica. — *b*. *b*. *b*. Pars costalis et vertebralis cavi pleurae dextrae; pleura costalis pulmoni firmiter accreta. — *c*. Margo anterior lobi inferioris pulmonis dexiri, et *d*. pars postera pulmonis dextri. — *e*. *e*. *e*. Saccus pericardii liquorem serosum *f*. congelatum continens. — *g*. Vena cava superior. — *h*. Vena azygos. — *i*. *i*. Vena cava inferior. — *k*. Frustulum cavitatis atrii dextri oblique persecti. — *l*. *l*. *l*. Diaphragma. — *m*. Lobus dexter hepatis.

Fig. 2. Sectio per marginem internum articuli sternoclavicularis dextri, per cartilàgines costarum 2ae — 7ae dextri lateris et per extremitatem vertebralem costarum 1ae — 12ae in longitudinem ita ducta, ut capitulum claviculae ad 8 lin. Par. a margine ipsius externo, excavatio vero articularis ossis sterni ad 8 lin. Par. a margine ipsius interno persecta sit.

Thorax viri. In pulmonibus hepatisationes lobulares et lobares observantur (conf. Tab. 8, fig. 1).

Superficies externa sive dextra sectionis: *A*. Capitulum claviculae ad 8 lin. Par. a margine interno ipsius persectum. — *AA*. Processus trans-

versus vertebrae dorsi 1ae. — *BB*. Costa 1a ad 8 lin. Par. a junctura costovertebrali percisa. — *C*. Costa 2a. — *C'*. Cartilago costae 2ae ad 12 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *D*. *D'*. Costa 3a et cartilago costae 3ae. — *E*. *F*. Costa 4a et 5a. — *E'*. *F'*. Particula ossis sterni cum insertionibus cartilaginis costae 4ae et 5ae. — *G*. *G'*. Costa 6a et cartilago hujus costae. — *H*. *H*. Costa 7a et cartilago hujus costae ad 4 poll. Par. a junctura cum costa persecta. — *I*. *K*. *L*. *M*. Costae 8a, 9a, 10a, 11a. — *N*. Costa 12a ad 13 lin. Par. ab articulatione costovertebrali persecta. — *a*. *a*. Latus dextrum mediastini anterioris textum cellulosum congelatum continens. — *b*. *b*. *b*. Cavum pleurae dextrae liquorem congelatum *c*. continens. — *bb*. *bb*. *bb'*. *bb'*. Saccus pericardii et inflexiones laminae serosae pericardii. — *d*. Margo posterior pulmonis dextri. — *e*. Vena cava superior. — *f*. Vena azygos bronchum dextrum (*m''*.) arcus instar cingens. — *g*. Plica parva membranae internae cordis prope introitum venae cavae superioris in atrium dextrum. — *h*. Vena cava inferior ex parte solummodo in longitudinem percisa. — *i*. Cavum et parietes auriculae dextrae cordis. — *ii*. Introitus e cavo atrii dextri in cavum auriculae dextrae. — *k*. Cavum atrii dextri ad 4 lin. Par. supra ostium venosum dextrum persecti. — *l*. Ostium venosum dextrum. — *m*. Paries ventriculi dextri oblique persecti. — *m''*. Bronchus dexter oblique persectus. — *n*. Ramus dexter arteriae pulmonalis. — *α*, *α*. Glandulae bronchiales. — *o*. *o*. *o*. Diaphragma. — *p*. Lobus dexter hepatis. — *q*. Ramus dexter venae portarum. — *r*. Sulcus longitudinalis sinister hepatis. — *s*. Lobus quadratus hepatis.

Tab. 11. Duas sectiones per apicem arcus costae 1ae et costae 2ae dextri lateris, per arcus costarum 3 — 7ae et per costas 8 — 12am in longitudinem ductas adumbrat.

Fig. 1. Sectio per curvaturam acromialem claviculae ad 3 poll. Par. ab articulatione acromioclaviculari dextri lateris, per apicem arcus costae 1ae, per arcus costarum 2—8ae, nec non per costas 9—12am in longitudinem ducta.

Thorax viri. Pleura costalis adhaeret pleurae pulmonali et diaphragmaticae.

Facies externa seu dextra sectionis: *A*. Clavicula dextra ad 3 poll. Par. ab articulatione sternoclaviculari persecta. — *AA*. Apex arcus costae 1ae, per marginem inferiorem costae persectus. — *α*. Margo posterior arcus costae persectae, 15 lin. Par. a tuberculo costae distans. — *β*. Margo anterior arcus costae persectae, 9 lin. Par. a tuberculo costae distans. — *B*. *B'*. *C*. *C'*. *D*. *D'*. Costae 2, 3, 4a et cartilagines harum costarum. —

E. Costa 5ª· — *E'*. Cartilago costae 5ae prope juncturam cum costa persecta. — *F*. *F'*. Costa 6ª et cartilago hujus costae ad 8 lin. Par. a junctura cum costa percisa. — *G*. *G'*. Costa 7ª et cartilago ipsius ad 16 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *H*. *H'*. Costa 8ª et cartilago ipsius ad 27 lin. Par. a junctura percisa. — *I*. *K*. *L*. Costae 9ª, 10ª, 11ª. — *M*. Costa 12ª. — *N*. Angulus posterior et superior scapulae persectae. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et *a''*. *a''*. inflexiones ipsius in *a'''*. *a'''*. pleuram diaphragmaticam, pleurae pulmonali accretam. — *b*. Lobus superior, *c*. lobus medius et *d*. lobus inferior pulmonis dextri. — *e*. *e*. *e*. Diaphragma. — *f*. Lobus dexter hepatis. — *g*. Vesica fellea. — *h*. Colon transversum.

Fig. 2. Sectio per arcum costae 2ae dextri lateris, per arcus costarum 3—7ae et per costas 8 — 12am in longitudinem ducta.

Thorax viri qui ascitide et hydrothorace laborabat.

Facies externa seu dextra sectionis: *A*. Extremitas vertebralis costae 2ae dextri lateris ad 36 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, et *A''*. extremitas sternalis ejusdem costae ad 27 lin. Par. a junctura cum cartilagine, percisa. — *B*. *B'*. *C*. *C'*. Extremitates arcus costarum 3ae et 4ae percisae. — *D*. *D'*. Costa 5ª et cartilago hujus costae. — *E*. *E'*. *F*. *F'*. Costae 6ª et 7ª et cartilagines harum costarum ad 7 — 21 lin. Par. a junctura cum costis, percisae. — *G*. *H*. *I*. *K*. Costa 8, 9, 10, 11ª. — *L*. Costa 12ª ad 33 lin. Par. ab articulatione costovertebrali, persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et *a''*. *a''*. inflexiones ipsius in *a'''*. *a'''*. pleuram diaphragmaticam. — *b*. Pleura pulmonalis. — *b''*. Liquor serosus in cavo pleurae dextrae congelatus. — *c*. Lobus superior et *d*. lobus inferior pulmonis dextri. — *e*. *e*. Diaphragma. — *f*. Peritonaeum, faciem abdominalem diaphragmatis tegens. — *g*. Liquor serosus in cavo peritonaei congelatus, qui lobum dextrum hepatis *h*. circumcingit. — *i*. Fundus vesicae felleae.

Tab. 12. Sectiones cordis in longitudinem ductas adumbrat. Icon haec idem propositum ac tabula 21 fasciculi 1mi adsequitur et varietates formae, situs et directionis cordis demonstrat. Sectiones cordis ac adumbratio ipsarum, quo modo jam in explicatione tabulae 21ae dixi, institutae sunt (vid. pag. 70); hac re solummodo differunt, quod postquam thorax congelatus per quodquam punctum articuli sternoclavicularis vel juguli sterni vel insertionis cartilaginum costarum ad sternum, in longitudinem persectus, et figura cordis percisi exactissime delineata est, unum segmentum laterale (dextrum vel sinistrum) supra mensam

vel planum aliquod horizontale superficie persecta statuitur, quo facto ossa et omnes partes cor tegentes scalpro et malleo removeantur, segmentum laterale cordis denudatur, denudatum adumbratur. Eadem ratione et aliud segmentum laterale thoracis et cordis disponitur et juxta primum delineatur. Locus et directio lineae secantis per superficiem externam cordis ductae, perinde ac in tab. 21, linea alba designatur, quae crassitudinem serrae adaequat.

Fig. 1 et 1*A*. Sectio cordis per juncturam omnium cartilaginum costarum cum sinistro latere ossis sterni et per processus articulares sinistros vertebrarum in longitudinem ducta. Linea secans per apicem fere auriculae sinistrae, arcum arteriae pulmonalis et per infimam ac posteram partem ventriculi sinistri cordis transit.

Cadaver juvenis, qui pyothorace lateris sinistri laborabat. Cor exsudato purulento ad dextram remotum.

Fig. 1. Facies sectionis sinistra: *a*. Auricula sinistra cordis. — *b*. Particula atrii sinistri non procul ab auricula persecti. — *c*. Paries ventriculi sinistri cordis et ultima confinia cavi ipsius. — *d*. Margo sinister arcus arteriae pulmonalis. — *e*. Bronchus sinister. — *ff*. Transitus arcus aortae in aortam descendentem. — *g*. Frustulum pulmonis dextri.

Fig. 1*A*. Aspectum et situm ejusdem cordis persecti adumbrat. *a*. Auricula cordis dextra. — *b*. Paries anterior ventriculi dextri cordis. — *c*. Apex parietis posterioris ventriculi sinistri. — *d*. Arieria pulmonalis. — *e*. Aorta ascendens.

Fig. 2 et 2*A*. Sectio cordis per cartilagines costarum ad 8 lin. Par. a junctura cartilaginis costae 3ae et ad 12 lin. Par., a junctura cartilaginis costae 2ae cum margine sinistro ossis sterni, ducta. Linea secans per auriculam sinistram, per parietem anteriorem ventriculi cordis dextri et oblique per infimam partem ventriculi cordis sinistri transit.

Cadaver hominis mediae aetatis. Organa thoracis sana.

Fig. 2. Facies sectionis dextra: *a*. Cavum ventriculi cordis dextri. — *b*. Septum ventriculorum. — *c*. Cavum ventriculi cordis sinistri cum nonnullis tendinibus valvulae mitralis. — *d*. Frustulum auriculae sinistrae.

Fasc. 2. A.

Fig. 2*A*. Aspectum et situm ejusdem cordis persecti demonstrat. *a*. Auricula dextra. — *b*. Paries anterior ventriculi dextri. — *c*. Ventriculus cordis sinister. — *d*. Arteria pulmonalis. — *e*. Aorta ascendens. — *f*. Vena cava superior.

Fig. 3. et 3. A. Sectio cordis per marginem sinistrum sterni prope juncturam cartilaginum costarum cum margine hoc in longitudinem ducta. Cor ita persectum est, ut pars sinistra orificii venosi dextri, bulbus aortae cum tribus valvulis semilunaribus et maxima pars atrii sinistri in segmento laterali sinistro (in icone hac adumbrata) relicta maneant.

Cadaver hominis adulti. Organa thoracis sana.

Fig. 3. Facies sectionis sinistra. (Coagula sanguinis gelu coacti e cavis cordis remota sunt). — *a*. Sulcus circularis s. tranversus cordis. — *b*. *b*. Parietes et *c*. *c*. cavum ventriculi cordis dextri. — *d*. Margo sinister limbi orificii venosi dextri. — *e*. Lacinia sinistra posterior valvulae tricuspidalis; utraque vero altera lacinia, *e'*. *e''*. prope marginem insertum persecta est. — *f*. Particula atrii cordis dextri. — *g*. Introitus venae cordis magnae in cavum atrii dextri. — *h*. Atrium cordis sinistrum prope introitum venarum pulmonalium persectum. — *h''*. Orificium venosum sinistrum. — *i*. Bulbus aortae. — *k*. Valvula semilunaris aortae anterior. — *k'*. Valvula semilunaris posterior sinistra. — *k''*. Valvula semilunaris posterior dextra. — *ll*. Initium arteriarum coronariarum cordis dextrae et sinistrae. — *m*. Arcus arteriae pulmonalis prope originem rami dextri persectus. — *n*. Frustulum arcus aortae. — *o*. Aorta descendens. — *p*. Bronchus sinister. — *qq*. Inflexiones pericardii inter arteriam pulmonalem, aortam ascendentem et atrium cordis sinistrum.

Fig. 3*A*. Situs et aspectus ejusdem cordis in longitudinem persecti: *aa*. Auricula cordis dextra. — *b*. *b*. Ventriculus dexter. — *c* Ventriculus sinister. — *d*. Arteria pulmonalis. — *e*. Aorta ascendens. — *f*. Vena cava superior.

Fig. 4 et 4*A*. Sectio cordis per mediam fere partem ossis sterni (ad 5 lin. Par. a margine ipsius dextro et ad 4 lin. Par. a margine sinistro) ducta.

Cadaver juvenis 18 annorum, qui tuberculis, in pulmonibus dispersis et exsudato recenti in cavo pleurae sinistræ laborabat. Stomachus aqua extensus.

Fig. 4. Sectio cordis ita ducta est, ut maxima pars orificii venosi dextri et minima pars orifici venosi sinistri, septo ventriculorum et orificio arterioso propior, cum una lacinia valvulae mitralis, in segmento laterali dextro (ïn icone hac adumbrato) relictae maneant. Coagula sanguinis congelati e cavis cordis remota sunt.

Facies sectionis dextra. — *a*. Paries anterior ventriculi cordis dextri et coni arteriosi. – *c*. Initium arteriae pulmonalis cum *c*. una parte valvulae semilunaris anterioris. — *cc*. Arcus arteriae pulmonalis et initium rami ipsius dextri. — *dd*. Pars anterior dextra limbi orificii venosi seu atrioventricularis dextri et

valvula tricuspidalis limbo huic adnexa. — *e*. Cavum atrii dextri. — *f*. Introitus venae cavae inferioris et *ff'*. superioris in cavum atrii dextri. — *g*. Septum ventriculorum. — *h*. *h*. Lacinia valvulae mitralis orificio arterioso sinistro vicina et per marginem ipsius in limbum orificii venosi sinistri insertum, persecta. — *i*. Initium aortae ascendentis prope bulbum in longitudinem persectae. — *ii*. Initium arcus aortae. — *iii*. Transitus arcus aortae in aortam descendentem. — *k*. *k''*. *k''*. Tres valvulae semilunares aortae, quarum una, lateralis dextra, *k*, hic plane integra, utraque altera autem (anterior et lateralis sinistra k''. *k''*.) inter marginem liberum et insertum persectae sunt. — *l*. *l''*. Cavum et paries atrii sinistri. — *ll*. *ll*. Introitus venarum pulmonalium dextrarum in cavum atrii sinistri. — *m*. Paries posterior et inferior ventriculi cordis sinistri. — *n*. Vena cordis magna. — *o*. Bronchus sinister. — *α*. Initium trunci innominati. — *β*. Arteria carotis sinistra. — *γ*. Arteria subclavia sinistra. — *δ*. Inflexio pericardii inter arteriam pulmonalem et atrium sinistrum cordis.

Fig. 4 *A*. Aspectum et situm ejusdem cordis in longitudinem persecti effingit. *a*. Auricula cordis dextra. — *b*. *b*. Ventriculus cordis dexter in longitudinem persectus. — *c*. Ventriculus cordis sinister. — *d*. Arteria pulmonalis. — *e*. Aorta ascendens. — *f*. Vena cava superior.

Fig. 5 et 5 *A*. Sectio cordis per marginem externum articuli sternoclavicularis dextri in longitudinem ducta. Linea secans in hac figura per partem externam dextram atrii cordis dextri, per introitum venarum cavarum in atrium hoc et per atrium sinistrum inter introitum venarum pulmonalium transit.

Cadaver hominis adulti. Organa thoracis sana.

Fig. 5. Facies sectionis sinistra. Cavum atrii dextri et septum atriorum. — *a*. Parietes sinistri venae cavae superioris et *b*. venae cavae inferioris — *c*. Tuberculum Loweri (quod parte septi atriorum suprà fossam ovalem prominente formatur). — *c''*. *c''*. Fossa ovalis, annulo seu isthmo Vieusseni cincta, valvula foramen ovale obturans et rudimentum valvulæ Eustachii. — *d*. *d*. Introitus in auriculam dextram et auricula dextra. *e*. *e*. *e*. Limbus orificii venosi dextri. — *f*. Introitus venae cordis magnae seu Galeni in cavum atrii dextri cum *f'*. valvula Thebesii. — *g*. Atrium cordis sinistrum. — *h*. Bronchus dexter. — *i*. Arteria pulmonalis. — *k*. *k*. *k*. Saccus et inflexiones pericardii.

Fig. 5 *A*. Situm et aspectum ejusdem cordis persecti repraesentat. *a*. *a*. Atrium cordis dextrum. — *b*. Ventriculus cordis dexter. — *c*. Ventriculus cordis sinister. — *d*. Auricula sinistra. — *e*. Arteria pulmonalis. — *f*. Aorta ascendens. — *g*. Vena cava superior. — *h*. Vena cava inferior.

Adnotatio. In iconibus fasciculi hujus margo anterior sive sternalis omnium sectionum ubique unam eandemque servat directionem, nempe ad dextram lectoris, margo autem posterior sive vertebralis ad sinistram spectat; in explicationibus vero iconum una eademque facies harum sectionum modo interna (ut in tab. 1, 5), modo sinistra vel interna segmenti sinistri (ut in tab. 6, 7, 8), modo externa sive dextra (ut in tab. 10 et 11) nuncupatur. Hoc facile explicatur, si in memoriam revocas, icones nostras thoracem congelatum modo in duo segmenta (ut in tab. 6, 7, 8), modo in plures laminas serra diffissum (ut in tab. 1, 5, 10 et 11) repraesentare.

Revera si thorax congelatus in duo solummodo segmenta: dextrum et sinistrum diffinditur, interna sectionis facies (i. e. lineae medianae corporis propior), per cavum pleurae dextri lateris ductae, semper in sinistro segmento invenitur; margo igitur sternalis hujus sectionis ad dextram, margo autem vertebralis ad sinistram lectoris spectare debet et vice versa. Si vero thorax non in duo segmenta, sed in plures laminas in longitudinem perscinditur, tunc externa cujusvis disci (vel, quod idem est, interna totius segmenti) facies in latere thoracis dextro etiam semper sinistra est, exinde margine sternali ad dextram lectoris spectante in picturis linearibus effingitur, et vice versa.

Sectiones in longitudinem ductas cordis infantis et foetus, in Fascic. 2 B. operis nostri, simul cum sectionibus cordis transversis, adumbrabo.



FASCICULUS 2 B.

SECTIONES IN LONGITUDINEM DUCTAE QUAE THORACEM IN ANTICUM ET POSTICUM SEGMENTUM DIFFINDUNT.

Thorax solide congelatus sectionibus serra mechanica ductis a junctura cartilaginum costae 3ae et per arcus costarum utriusque lateris usque ad columnam vertebralem, modo in duo segmenta, anticum et posticum, modo in multas laminas tenues, quarum una facies sternum, altera columnam vertebralem spectat, in longitudinem diffinditur. Limites cujusvis sectionis, quae tanquam planum aequale inter ossa dissecta extenditur, superne sterno vel claviculis, ex utroque latere cartilaginibus costarum vel costis, inferne diaphragmate determinantur.

Faciem cujusque sectionis sterno propiorem anteriorem sive *sternalem,* alteram vero, quae columnae vertebrali propior est, posteriorem sive *vertebralem* in explicatione iconum nuncupabo.

Directio mediastinorum, relationes situs cordis totius cavitatumque ipsius ad axem thoracis et corporis, nec non directio diaphragmatis, fornicis instar inter cavum thoracis et abdominis extensi, sectionibus his evidentissime demonstratur.

Praecipue vero sectiones hac directione ductae ad pronam dispositionem partium cordis et ad mutationes situs cordis in variis morbis abdominis demonstrandum quam maxime idoneae sunt.

Ut in sectionibus transversis parvi digressus lineae secantis a linea perfecte horizontali, quae axem corporis decussat, et in sectionibus per cavum thoracis in longitudinem ductis a linea verticali, quae velut axis corporis fingitur, plane inevitabiles sunt; ita etiam in sectionibus, quae thoracem in segmentum anticum et posticum diffindunt, linea secans non semper axi corporis parallela est, sed saepissime ad ante-

riora vel posteriora paululum declinat, quod partim a situ, quem thorax habet, dum serra ducitur, partim a varia conformatione ipsius dependet. Revera linea ficta, quae axem cavi thoracis repraesentat, in diversis corporibus non una eademque est, sectiones igitur thoracis fere nunquam lineae huic plane parallelae evadunt; attamen exiguae illae lineae secantis declinationes nihil impediunt, quo minus, si ad studium sectionum thoracis accedimus, de situ organorum cavo hoc inclusorum claram distinctamque notionem habeamus; etenim omnes, quantulaecunque sunt, lineae secantis aberrationes in qualibet sectione facile determinantur, si distantiam limitum aut ossium persectorum a punctis certis sceleti thoracis, e. g. a junctura costarum cum vertebris vel cum sterno, accurate circino metamur.

Situs cordis et dispositio partium, quibus constituitur, iis praecipue sectionibus illustratur, quae per cartilaginem costae tertiae, per costam secundam, per articulationes sternoclaviculares et per costam primam utriusque lateris ad 15 lin. Par. a junctura cum cartilagine ipsius ducuntur.

Nonnullae icones cavum thoracis et organa hac cavitate inclusa, frustulis glaciei, quibus partes congelatae coarctantur, non remotis, repraesentant, quamobrem in his picturis linearibus limites pleurarum et pericardii (qui in aliis iconibus tribus aut quinque lineis contiguis adumbrantur) nec non partes cavitatibus cordis inclusae, ut trabeculae carneae, ostia venosa, valvulae etc. non conspiciuntur. Hoc ideo factum est, ut aspectus, quem partes congelatae sectione quidem instituta offerunt, melius exprimatur.



EXPLICATIO ICONUM.

Tab. 1. Duas sectiones per sternum prope insertionem sternalem cartilaginum costae 3ae et per costam 3am in longitudinem ita ductas, ut cavum thoracis in duo segmenta, anterius et posterius dividatur, repraesentat.

Fig. 1. Sectionem per juncturam cartilaginum costae 3ae utriusque lateris cum sterno et per partem fere mediam ossis sterni nec non per arcus costarum 4ae 5ae, 6ae et cartilagines costae 7ae utriusque lateris directione jam memorata ductam adumbrat.

Thorax viri. In pulmonibus nonnulla tubercula dispersa cum adhaesione pleurarum. Frustula glaciei laminis serosi pleurarum et pericardii interposita non sunt remota, quamobrem etiam limites harum membranarum in icone non tam clare conspiciuntur.

Facies sternalis sive anterior sectionis (segmentum anterius sectionis): *A*. Margo inferior portionis superioris sterni. — *B*. Cartilago costae 3ae prope juncturam cum sterno persecta. — *B''*. Parva particula costae 3ae cartilagini juncta. — *C*. *D*. *E*. Costae 4a, 5a, 6a. — *F*. Cartilago costae 7ae prope insertionem in costam 7am persecta. — *a*. *a*. *a*. Cavum pleurae dextrae. — *a''*. *a''*. *a''*. Cavum pleurae sinistrae liquorem serosum *a'''*. congelatum continens. — *b*. Margo anterior lobi superioris pulmonis dextri. — *α*. *α*. Mediastinum anterius. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii liquorem serosum congelatum *c''*. continens. — *d*. *d*. Pars anterior muscularis diaphragmatis. — Paries anterior et cavum ventriculi dextri cordis prope apicem cordis oblique persecti. — *f*. Lobus dexter et *g*. lobus sinister hepatis. — *h*. Sulcus longitudinalis sinister hepatis.

Fig. 2. Sectio per os sterni ad 20 lin. Par. infra manubrium sterni et per costam 3am, prope juncturam hujus costae cum cartilagine ipsius, nec non per costas 4am, 5am, 6am, 7am ducta.

Thorax viri mediae aetatis, qui ascitide laborabat. Pulmones anaemici et collapsi.

Facies sternalis s. anterior (segmentum anterius sectionis): ***A.*** Pars superior corporis sterni ad 20 lin. Par. infra manubrium oblique persecta.— ***B.*** Costa 3a dextra prope juncturam cum cartilagine persecta. — *B''*. Costa 3a sinistra ad 4—6 lin. Par. a junctura cum cartilagine hujus costae, persecta.— *C. D. E.* Costae 4a, 5a, 6a. — *F.* Costa 7a prope juncturam cum cartilagine hujus costae persecta. — *a. a. a.* Cavum pleurae dextrae. — *a''*. Inflexio pleurae costalis dextrae in pleuram diaphragmaticam. — *a'. a'. a'.* Cavum pleurae sinistrae. — *a'''*. Inflexio pleurae costalis sinistrae in pleuram diaphragmaticam. — *b.* Margo anterior lobi superioris pulmonis dextri. — *c.* Margo anterior pulmonis sinistri. — *d. d.* Saccus pericardii liquorem serosum *e.* continens. — *f.* Particula parietis anterioris et cavi ventriculi dextri prope apicem cordis simul cum *f''*. particula parietis ventriculi sinistri oblique persecti. — *g. g. g.* Diaphragma. — *h.* Frustulum lobi dextri hepatis. — *i.* Liquor serosus congelatus in cavo peritonaei.

Tab. 2. Duas sectiones per manubrium sterni, per arcus costarum 2ae—8ae ductas et thoracem in anterius et posterius segmentum diffindentes adumbrat.

Fig. 1. Sectio per partem superam ossis sterni ad 4 lin. Par. infra jugulum et per arcus costae 2ae utriusque lateris ducta. Thorax viri (comp. Tab. 1, fig. 1).

Facies sternalis s. anterior sectionis: *A.* Sternum ad 4 lin. Par. infra jugulum sterni prope insertionem cartilaginis costae 1ae oblique persectum.— *A'*. Insertio cartilaginis costae 1ae in os sterni. — ***B.*** Costa 2a oblique persecta ita, ut margo superior ad 8 lin. Par. inferus vero ad 10 lin. Par. a junctura cum cartilagine distet. — ***C. D.E. F. G.*** Costa 3a, 4a, 5a, 6a, 7a oblique persectae. — *H.* Costa 8a prope juncturam cum cartilagine etiam oblique persecta. — *a. a.* Mediastinum anterius. — *b. b. b.* Pleura costalis et *b'. b'. b'.* pleura pulmonalis dextra. — *b''*. Inflexio pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *c. c. c.* Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali adhaerens. — ***bb.*** Margo anterior lobi superioris et ***bb''***. lobi medii pulmonis dextri. — *cc.* Margo anterior lobi superioris pulmonis sinistri. — *d. d.* Saccus pericardii. — *e.* Liquor serosus in cavo pericardii. — *f.* Cavum et paries dexter et anterior atrii dextri, qui coagulo

sanguinis remoto in conspectum venit. — *g*. Cavum et paries auriculae dextrae cordis. — *h*. Margo anterior ostii venosi dextri. — *i*. Pars superior cavi ventriculi dextri. — *ii*. Laciniae valvulae tricuspidalis, quarum una, cono arterioso propior, fere perfecte persecta est. — *k*. Conus arteriosus prope marginem insertum duarum (lateralium) valvularum semilunarium arteriae pulmonalis oblique persectus. — *l*. Sulcus circularis et arteria coronaria cordis dextra. — *m*. Septum ventriculorum. — *n*. Pars anterior et inferior cavi ventriculi sinistri cordis oblique persecti. — *o*. *o*. *o*. Diaphragma. — *p*. Ligamentum suspensorium hepatis. — *q*. Lobus dexter et *r*. Lobus sinister hepatis. — *s*. Fossa longitudinalis sinistra. — *t*. Lobus quadratus hepatis. — *u*. Lien. — *v*. Ventriculus. — *w*. Vasa mammaria interna.

Fig. 2. Sectio per manubrium sterni ad $2^1/_2$ lin. Par. supra insertionem cartilaginis costae 2ae, per arcus costarum 2ae — 8ae, nec non per cartilaginem costae 9ae utriusque lateris (ad 2 lin. Par. a junctura cum costa) ducta.

Thorax viri, qui ascitide laborabat (comp. Tab. 1, fig. 2).

Facies anterior s. sternalis sectionis: *A*. Pars superior sterni ad $2^1/_2$ lin. Par. supra insertionem cartilaginis costae 2ae oblique percisa. — *B*. Costa 2a oblique persecta ita, ut margo ipsius superior ad 5 lin. Par. et margo inferior ad 9 lin. Par. a junctura cum cartilagine distet. — *C*.*D*.*E*.*F*.*G*. Costae 3a, 4a, 5a, 6a, 7a. — *H*. Costa 8a oblique persecta ita, ut margo ipsius superus ad 8 lin. Par. a junctura cum cartilagine distet. — *I''*. Cartilago costae 9ae ad 2 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis dextra. — *b*. *b*. *b*. Pleura costalis et pulmonalis sinistra. — *c*. Margo anterior lobi superioris pulmonis dextri et *d*. pulmonis sinistri. — *e*. Margo inferior lobi inferioris pulmonis sinistri. — *f*. *f*. Saccus pericardii liquorem serosum *g*. continens. — *h*. Cavum et paries anterior atrii dextri cordis. — *h''*. Sulcus transversus cordis et arteria coronaria cordis dextra. — *i*. Margo anterior ostii venosi dextri et *k*. lacinia valvulae tricuspidalis, quae cono arterioso propior est. — *l*. Paries anterior et *m*. cavum coni arteriosi oblique persecti. — *m*. *n*. Septum ventriculorum. — *o*. Pars inferior cavi ventriculi sinistri apici cordis proxima. — *p*. *p*. *p*. Diaphragma. — *q*. Lobus sinister et *r*. lobus dexter hepatis. — *s*. Lobus quadratus et *t*. fossa longitudinalis sinistra hepatis. — *u*. *u*. Liquor serosus congelatus in cavo peritonaei.

Tab. 3. Duas sectiones, per manubrium sterni prope insertionem cartilaginum costarum primarum, per anteriorem mediamque partem articulationis

sternoclavicularis utriusque lateris et per arcus costarum 2ae — 9ae ductas et cavum thoracis in segmentum anterius et posterius sejungentes, repraesentat.

Fig. 1. Sectio per manubrium sterni prope ab insertione cartilaginum costarum primarum, per anteriorem partem articuli sternoclavicularis et per arcus costarum 2ae — 9ae (ad 8 lin. Par. a junctura cum cartilagine) utriusque lateris ducta. Thorax viri, qui ascitide laborabat (comp. Tab. 2, fig. 2).

Facies sectionis sternalis s. anterior: *A*. Jugulum sterni prope a margine ipsius superiore percisum. — *A''*. Insertio cartilaginis costae 1ae in sternum. — *B*. Particula portionis anterioris capituli claviculae et articuli sternoclavicularis. — *C*. Costa 2a, quae ad 13 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta est. — *D. E. F. G. H. I.* Costae 2a, 3a, 4a, 5a, 6a, 7a, 8a. — *K*. Costa 9a, cujus margo superior ad 8 lin. Par., inferior vero ad 4 lin. Par. a junctura cum cartilagine percisus est. — *a. a. a. a.* Pleurae costales dextra et sinistra. — *a''. a''.* Inflexiones pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *b. b. b.* Pleurae pulmonales utriusque lateris. — *c*. Septulum pleuris costalibus utriusque lateris hic contiguis formatum (mediastinum anterius). — *d*. Lobus superior pulmonis dextri. — *e*. Lobus superior pulmonis sinistri. — *f. f.* Saccus pericardii. — *g. g.* Lamina serosa pericardii superficiem cordis tegens. — *h*. Cavum auriculae dextrae cordis. — *i*. Cavum atrii dextri cordis ante introitum venarum cavarum (superioris et inferioris) et prope marginem posterum ostii venosi dextri persectum ita, ut hic particula marginis hujusce *ii*. conspiciatur, cetera pars ostii vero cum valvula tricuspidali profunde sub coagulo sanguinis glaciato, quod e cavo atrii non remotum est, sita maneat. — *k*. Sulcus transversus cordis cum vena Galeni magna. — *l*. Conus arteriosus ante valvulas semilunares arteriae pulmonalis percisus. — *m*. Septum ventriculorum cordis. — *n*. Cavum ventriculi sinistri in medio fere persectum. — *o. o.* Pars muscularis et *oo*. pars tendinea diaphragmatis. — *p*. Ligamentum suspensorium hepatis. — *q*. Lobus dexter et *r*. lobus sinister hepatis. — *s*. Fossa longitudinalis sinistra hepatis cum ligamento rotundo et ramo sinistro venae portarum. — *t*. Vesica fellea. — *u. u.* Liquor serosus congelatus in cavo peritonaei.

Fig. 2. Sectio per mediam fere partem articuli sternoclavicularis utriusque lateris, per marginem posteriorem juguli sterni, per cartilagines costarum primarum prope ab insertione in sternum, nec non per arcus costarum 2ae — 8ae ducta. Thorax viri. Pulmones hepatisatione grisea chronica

correpti. Infima pars sinistri lateris thoracis largior, quam dextri esse videtur, quamobrem etiam linea secans sinistri lateris a junctura cartilaginis cum costa 8ª magis retrorsum inclinata est, quam in latere dextro.

Facies sternalis sive anterior sectionis: *A*. Capitulum claviculae et articulatio sternoclavicularis per mediam fere partem persecta. — *B*. Cartilago costae 1ªᵉ prope ab insertione cartilaginis in os sterni. — *C*. Costa 2ª ad 11 lin. Par. a junctura cum cartilagine percisa. — *D*. *E*. *T*. *G*. *H*. Costae 3ª, 4ª, 5ª, 6ª, 7ª. — *I*. Cartilago costae 8ªᵉ dextrae prope a junctura cum costa percisa. — *I''*. Costa 8ª sinistra oblique persecta ita, ut margo ipsius superior ad 18 lin. Par., inferior ad 8 lin. Par. a junctura cum cartilagine distet. — *a*. *a*. *a*. Cavitates pleurae dextrae et sinistrae. — *b*. Liquor serosus in cavo pleurae dextrae. — *b''*. Mediastinum anterius. — *c*. Lobus superior et *cc*. frustulum lobi medii pulmonis dextri. — *cc'''*. Lobus superior pulmonis sinistri. — *d*. *d*. Saccus pericardii. — *e*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *f*. Cavum auriculae dextrae cordis. — *g*. Cavum atrii dextri ante introitum venarum cavarum persectum. — *h*. Margo anterior ostii venosi dextri cum insertione duarnm laciniarum valvulae tricuspidalis. — *i*. *i*. Margo posterior ostii venosi dextri paulo infra insertionem laciniae lateralis sinistrae valvulae tricuspidalis *k*. persectus. — *k*. *k*. Lacinia anterior et lateralis dextra valvulae tricuspidalis. — *l*. Superior pars cavi ventriculi dextri. — *m*. Arteria pulmonalis, ubi oritur ex cono arterioso, in hoc loco ad 4 linPar. surda angulum insertionis valvularum semilunarium et in *mm*. prope marginem liberum valvulae semilunaris (ideoque in obliqua directione) persecta. — *n*. *n*. Margo liber valvularum semilunarium (anterioris et lateralis dextrae) arteriae pulmonalis. — *o*. *o*. Sinus valvularnm semilunarium arteriae pulmonalis. — *p*. Septum ventriculorum. — *q*. Paries anterior bulbi aortae prope a margine inserto valvulae semilunaris aortae (*q''*.) persectus. — *r*. Origo arteriae coronariae cordis dextrae. — *s*. Cavum ventriculi sinistri fere in medio percisum. — *t*. *t*. Diaphragma. — *u*. *u*. Lobus dexter et *v*. lobus sinister hepatis. — *w*. Fossa longitudinalis sinistra hepatis. — *x*. Curvatura major et paries anterior stomachi.

Tab. 4. Duas sectiones per mediam fere partem articuli sternoclavicularis utriusque lateris ductas adumbrat. Notatu dignum est, ne unam quidem sectionem, quas Tab. 1, 2, 3 et 4 effingunt, cavum ipsum ventriculi dextri ferire, si modo duas sectiones in Tab. 1 effictas exceperis, quae per ventriculum dextrum prope ab apice ductae sunt; ceteris sectionibus autem cavum atrii dextri prope ab ostio venoso dextro, nec non conus arteriosus ita persecti sunt, ut

delineationes harum sectionum non nisi introitum in cavum ventriculi dextri repraesentent.

Fig. 1. Sectio per mediam fere partem articulorum sternoclavicularium (ad 6 lin. Par. a margine anteriore capituli claviculae), per cartilagines costarum primarum, nec non per arcus costarum 2ae — 8ae ducta. Thorax viri, qui empyemate in thoracis latere sinistro laborabat. Accumulatio puris solummodo partem anteriorem cavitatis sinistrae pleurae occupat. Pulmones tuberculis dispersis et infiltratione tuberculosa lobulari obsiti. Coagula glaciata sanguinis e cavis cordis et cavitatibus pleurarum non sunt remota, quamobrem nec limites harum membranarum, nec partes cavis cordis inclusae, ut trabeculae, musculi papillares et valvulae, oculis subjiciuntur.

Facies sectionis posterior sive vertebralis (segmentum posterius): *A. A.* Capitula clavicularum et articulationes sternoclaviculares ad 6 lin. Par. a margine anteriore capitulorum, persectae. — *B.* Cartilago costae 1ae oblique persecta ita, ut margo superior ad 12 lin. Par., margo inferior ad $6^1/_4$ lin. Par. ab insertione in sternum, distet. — *C. D. E. F. G. H.* Costae 2a, 3a, 4a, 5a, 6a, 7a. — *I.* Cartilago costae 8ae ad 41 lin. Par. ab insertione ad sternum et ad 12 lin. Par. a junctura cum costa persecta. — *a. a. a.* Pleura costalis et pulmonalis dextra. — *b.* Lobus superior et *c.* lobus inferior pulmonis dextri infiltratione tuberculosa lobulari correptus. — *d. d. d.* Cavum pleurae sinistrae accumulatione puris extensum. — *e.* Pus et liquor serosus in cavo pleurae sinistrae congelatus. — *f. f.* Particulae marginis anterioris pulmonis sinistri, qui pure, in cavo pleurae accumulato, retroversus est. — *g.* Mediastinum anterius accumulatione puris in cavo pleurae sinistrae ad dextram propulsum. — *h. h.* Saccus pericardii. — *i. i.* Liquor serosus in cavo pericardii congelatus. — *k. k.* Paries anterior auriculae dextrae et atrii dextri cordis. — *l. l.* Sulcus transversus sive circularis cordis. — *m.* Cavum auriculae dextrae et particula cavi atrii dextri cordis coagulo sanguinis glaciato impleta. — *n.* Pars atrii dextri margini anteriori ostii venosi dextri respondens, quod simul cum valvula tricuspidali coagulo hoc tectum est. — *o.* Pars anterior cavi ventriculi dextri etiam sanguine glaciato impleti. — *p.* Conus arteriosus. — *q. q.* Valvulae semilunares arteriae pulmonalis (anterior et lateralis dextra) inter marginem liberum et insertum persectae. — *r.* Sulcus longitudinalis cordis. — *s.* Septum ventriculorum. — *ss.* Pars cavi ventriculi sinistri cordis apici cordis propior. — *t. t.* Diaphragma. — *u.* Lobus dexter et *v.* lobus sinister hepatis. — *w.* Sulcus longitudinalis sinister hepatis. — *x.* Ventriculus.

Fig. 2. Sectio prope marginem posterum juguli sterni, per mediam fere partem articuli sternoclavicularis, per cartilagines costarum primarum et per arcus costarum 2ae — 7ae ducta. Thorax viri. Pulmones tuberculis dispersis obsiti. Adhaesio pulmonum pleurae (comp. Tab. 2, fig. 1).

Facies sternalis s. anterior sectionis: *A*. Jugulum sterni prope marginem posterum persectum. — *B*. Articulatio sternoclavicularis fere per mediam ipsius partem persecta. — *C*. Cartilago costae 1ae. — *D*. Costa 2a ad 14—16 lin. Par. a junctura cum cartilagine, persecta. — *E*. *F*. *G*. *H*. Costae 3a, 4a, 5a, 6a. — *I*. Costa 7a ad 17 — 18 lin. Par. a junctura cum cartilagine, percisa. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis dextra. — *a''*. *a''*. Inflexiones pleurae costalis dextrae in pleuram pulmonalem circa hilum pulmonis. — *b*. *b*. *b*. Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali accreta. — *c*. Mediastinum anterius textum cellulosum et glandulas lymphaticas *α*. *α*. continens. — *d*. Lobus superior, *e*. lobus medius et *f*. lobus inferior pulmonis dextri. — *g*. Pulmo sinister. — *h*. *h*. *h*. Saccus pericardii. — *i*. *i*. Lamina serosa pericardii superficiem externam cordis tegens. — *k*. *k*. Liquor serosus congelatus in cavo pericardii. — *l*. Cavum atrii dextri sanguinem glaciatum continens et ante introitum venarum cavarum persectum. — *m*. Origo arteriae pulmonalis cum *n*. *o*. duabus valvulis semilunaribus (anteriori et laterali dextra). — *p*. Paries anterior bulbi aortae et aortae ascendentis oblique persectus. — *q*. Valvula semilunaris anterior aortae prope marginem ipsius insertum percisa. — *r*. Origo arteriae coronariae cordis dextrae. — *s*. *s*. Parietes et cavum ventriculi sinistri. — *ss*. *ss*. Diaphragma. — *t*. Lobus dexter et *u*. lobus sinister hepatis.

Tab. 5. Duas sectiones per marginem posterum capitulorum clavicularum pone articulos sternoclaviculares ductas effingit.

Fig. 1. Sectio per marginem posterum capitulorum utriusque claviculae, qui pone jugulum sterni prominent, per juncturam cartilaginum costarum primarum cum costis et per arcus costarum 2ae — 9ae ducta. Thorax viri. Pulmones tuberculis dispersis correpti (comp. Tab. 4, fig. 2).

Facies anterior s. sternalis sectionis: *A*. *A*. Margo posterus capituli claviculae pone jugulum sterni prominens. — *B*. Costa 1a prope juncturam cum cartilagine persecta. — *C*. *D*. *E*. *F*. *G*. *H*. *I*. Costae 2a, 3a, 4a, 5a, 6a, 7a, 8a. — *K*. Costa 9a ad 4 lin. Par. a junctura cum cartilagine ipsius, persecta. — *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et pulmonalis lateris dextri. — *a''*. Inflexio pleurae costalis dextrae in pleuram diaphragmaticam. —

b. b. b. Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali adhaerens. — *c.* Lobus superus, *d.* lobus medius et *e.* lobus inferus pulmonis dextri. — *f.* Pulmo sinister. — *g. g. g.* Saccus pericardii. — *g''. g''. g''.* Inflexio laminae serosae pericardii in *h.* superficiem externam cordis. — *g'''. g'''. g'''.* Inflexiones pericardii circa atrium dextrum cordis et inter venam cavam superiorem et aortam ascendentem. — *h'''.* Liquor serosus in cavo pericardii. — *i.* Truncus arteriae pulmonalis. — *k.* Aorta ascendens oblique persecta. — *l.* Vena innominata sinistra. — *m.* Vena cava superior. — *n.* Paries posterus atrii cordis dextri prope introitum venae cavae superioris et ante introitum venae cavae inferioris persectus. — *o.* Particula limbi anterioris ostii venosi sinistri et *o''.* lacinia anterior valvulae mitralis. — *p. p.* Parietes et cavum ventriculi sinistri cordis. — *q. q. q.* Diaphragma. — *r.* Lobus dexter. — *s.* Lobus sinister hepatis. — *t.* Fossa transversa hepatis et truncus venae portarum. — *u.* Lien.

Fig. 2. Sectio ad dextram per partem sternalem claviculae (ad 16 lin. Par. ab articulo sternoclaviculari) ad sinistram pone articulum sternoclavicularem et per arcus costarum 1ae — 9ae ducta. Thorax viri, qui ascitide laborabat (comp. Tab. 3, fig. 1).

Facies anterior s. sternalis sectionis: *A.* Margo posterior capituli claviculae dextrae, qui pone jugulum sterni prominet. — *A''.* Locus jugulo sterni et margini posteriori articuli sternoclavicularis sinistri respondens, partibus mollibus tectus. — *B.* Portio sternalis claviculae sinistrae oblique ad 16 lin. Par. ab articulo sternoclaviculari, persecta. — *C.* Costa 1a dextra. — *C''.* Costa 1a sinistra ad 3 lin. Par. a junctura cum cartilagine, percisa. — *D. E. F. G. H. I. K.* Costae 2a, 3a, 4a, 5a, 6a, 7a, 8a. — *L.* Costa 9a ad 15 lin. Par. a junctura cum cartilagine, percisa. — *a. a. a. a.* Pleura costalis et pulmonalis utriusque lateris. — *a''. a''.* Inflexiones pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *b.* Mediastinum anterius. — *c. c.* Saccus pericardii. — *c''. c''.* Inflexiones laminae serosae pericardii in *d. d.* superficiem externam cordis. — *aa.* Lobus superior, *bb.* lobus medius et *cc.* lobus inferior pulmonis dextri inter se coaliti. — *aa'''. cc'''.* Lobus superus et inferus pulmonis sinistri. — *e.* Particula cavi atrii dextri et auriculae dextrae sanguinem congelatum continens. — *f.* Initium arteriae pulmonalis. — *g.* Valvula semilunaris anterior arteriae pulmonalis (seu superior sinistra). — *g''.* Valvula semilunaris sinistra (seu inferior). — *g'''.* Valvula semilunaris dextra (s. superior dextra). — *h.* Paries anterior bulbi aortae oblique persectus cum duabus valvulis semilunaribus: *i.* anteriori (cono arterioso et arteriae pulmonali proxima) et *k.* dextra; valvula vero semilunaris sinistra simul cum pariete posteriore bulbi aortae sectione remota. —

l. l. Parietes et cavum ventriculi sinistri ante ostium venosum sinistrum persecti. Sectio per laciniam anteriorem valvulae mitralis ducta est ita, ut totum fere ostium venosum sinistrum cum lacinia postica valvulae mitralis in segmento postero sectionis relictum maneat. — *m.* Lacinia anterior valvulae mitralis in longitudinem persecta. — *n.* Exitus e cavo ventriculi sinistri in bulbum aortae (ostium arteriosum sinistrum). — *o. o o.* Diaphragma. — *p.* Lobus dexter et *q.* lobus sinister hepatis. — *r.* Lobus quadratus hepatis. — *r''.* Ramus sinister venae portarum. — *s.* Vesica fellea. — *t. t.* Liquor serosus in cavo peritonaei congelatus.

Tab. 6. Duas sectiones per extremitatem sternalem costarum primarum ad 3 et ad 5 lin. Par. a junctura cum cartilagine, nec non per arcus costarum 2ae — 9ae ductas effingit.

Fig. 1. Sectio per extremitatem sternalem costarum primarum (ad 3 lin. Par. a junctura harum costarum cum cartilaginibus) et per arcus costarum 2ae—9ae ducta. — Thorax viri. Pulmones hepatisatione grisea tuberculosa correpti (comp. Tab. 3, fig. 2).

Facies sternalis s. anterior sectionis: *A. A.* Extremitas sternalis costarum primarum ad 3 lin. Par. a junctura cum cartilaginibus, persectarum. — *B. C. D. E. F. G. H.* Costae 2a — 8a. — *I.* Costa 9a oblique persecta ita, ut margo superus ad 6 lin. Par., inferus vero ad 3 lin. Par. a junctura cum cartilagine distet. — *a. a. a. a.* Pleura costalis utriusque lateris pleurae pulmonali accreta. — *a''. a''.* Inflexiones pleurae costalis in pleuram diaphragmaticam. — *aa.* Mediastinum anterius. — *b.* Pulmo dexter. — *c.* Pulmo sinister. — *d. d. d.* Saccus pericardii. — *d''. d''.* Inflexio pericardii circa atrium dextrum cordis. — *e''. e''.* Inflexiones laminae serosae pericardii in *e'''. e'''.* superficiem externam cordis. — *ee.* Liquor serosus in cavo pericardii congelatus. — *f.* Vena innominata sinistra. — *f''.* Introitus venae innominatae sinistrae in venam cavam superiorem. — *g.* Paries anterior venae cavae superioris. — *h.* Introitus venae cavae superioris in cavum atrii dextri cordis. — *i.* Cavum atrii dextri et paries ipsius posterior prope introitum venae cavae inferioris persectus et sanguinem congelatum continens. — *ii.* Sulcus circularis cordis et vena cordis Galeni magna. — *k.* Particula parietis posterioris atrii dextri nondum persecta. — *l. l.* Aorta ascendens prope arcum aortae oblique persecta. — *m. m.* Arteria pulmonalis prope bifurcationem ipsius persecta. — *n.* Paries anterior et cavum atrii sinistri cordis. — *o.* Septum atriorum et fossa ovalis. — *p.* Introitus in

cavum auriculae sinistrae cordis. — *q*. Limbus sive margo anterior ostii venosi sinistri et *r*. lacinia anterior valvulae mitralis. — *s*. Paries ventriculi sinistri cordis oblique prope *s''*. *s''*. *s''*. marginem posterum ostii venosi sinistri infraque insertionem laciniae posterioris valvulae mitralis persectus. — *t*. Ligamentum coronarium hepatis. — *α*. *α*. *α*. Diaphragma. — *t''*. *t''*. Lobus sinister hepatis. — *u*. Fossa longitudinalis sinistra hepatis et ramus venae portarum. — *v*. Lobus quadratus hepatis. — *w*. Vesica fellea. — *x*. Pars pylorica ventriculi. — *y*. Paries ventriculi nondum percisus. — *z*. Pancreas.

Fig. 2. Sectio per corpus clavicularum ad 40 lin. Par. a capitulis clavicularum, per costas primas ad 5 — 8 lin. Par. a junctura harum costarum cum cartilaginibus, nec non per arcus costarum 2ae — 7ae ducta. Thorax viri. Cavum pleurae sinistrae exsudatum serosum continens.

Facies sternalis s. anterior sectionis: *A*. *A*. Claviculae ad 40 lin. Par. a capitulis persectae. — *B*. Costa 1a oblique persecta ita, ut margo persectus superior ad 5 lin. Par. a junctura cum cartilagine et ad 11 lin. Par. a junctura cartilaginis cum sterno, margo autem inferus ad 8 lin. Par. a junctura cum cartilagine et ad 17 lin. Par. a junctura cum sterno distet. — *C*. *D*. *E*. *F*. *G*. Costae 2a, 3a, 4a, 5a et 6a. — *H*. Costa 7a ad 11 lin. Par. a junctura cum cartilagine, persecta. — *a*. *a*. *a*. *a*. Pleura costalis et *a'*. *a'*. *a'*. *a'*. pleura pulmonalis utriusque lateris. — *b*. *b*. Liquor serosus in cavo pleurae sinistrae. — *α*. Pulmo dexter et *β*. Pulmo sinister. — *c*. *c*. *c*. Saccus pericardii. — *c''*. *c''*. Inflexiones laminae serosae pericardii in superficiem externam cordis. — *c'''*. *c'''*. Inflexio laminae serosae pericardii inter atrium dextrum cordis et bulbum aortae. — *d*. *d*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *e*. *e*. Paries anterior bulbi aortae et aortae ascendentis. — *f*. Origo arteriae coronariae cordis ex bulbo aortae. — *g*. Valvula semilunaris anterior aortae. — *g''*. Valvula semilunaris dextra oblique in longitudinem persecta. — *h*. Introitus e cavo ventriculi sinistri in ostium arteriosum sinistrum. — *i*. *i*. *i*. Paries anterior et cavum ventriculi sinistri cordis ante ostium venosum sinistrum ita persecti, ut nonnullae chordae tendineae valvulae mitralis cum musculis papillaribus *k*. *k*. in hoc segmento, valvula mitralis autem ipsa et ostium venosum sinistrum in postero sectionis segmento relicta maneant. — *l*. Septum ventriculorum. — *m*. *m*. Parietes et cavum atrii dextri cordis. — *n*. *n*. Margo posterus ostii venosi dextri cum margine inserto unius laciniae valvulae tricuspidalis, quae septo ventriculorum propior est, persectus. — *p*. Particula ventriculi dextri cordis. — *pp*. Truncus arteriae pulmonalis. — *q*. *q*. *q*. Diaphragma. — *r*. Ligamentum suspensorium hepatis. — *s*. Lobus dexter hepatis — *s*. Lien. — *t*. Stomachus.

Tab. 3. Duas sectiones per corpus clavicularum, per extremitatem sternalem et arcus costarum primarum, nec non per arcus costarum 2^{ae} — 9^{ae} ductas adumbrat.

Fig. 1. Sectio per extremitatem sternalem costarum ad 8 lin. Par. a junctura cum cartilaginibus et per arcus costarum 2^{ae} — 9^{ae} ducta. Thorax viri. Pulmones tuberculis dispersis correpti. Adhaesio pleurarum (comp. Tab. 4, fig. 2).

Facies sternalis sive anterior sectionis: *A*. Costa 1^a ad 8 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta. — *B. C. D. E. F. G. H.* Costae 2^a, 3^a, 4^a, 5^a, 6^a, 7^a, 8^a. — *I*. Costa 9^a ad 11 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta. — *a. a. a.* Pleura costalis dextra. — *a''*. Inflexio pleurae costalis dextrae in *b*. pleuram diaphragmaticam. — *c. c.* Inflexiones pleurae costalis dextrae circa hilum pulmonum in *d. d d*. pleuram pulmonalem. — *e. e. e.* Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali adhaerens. — *ee. ee. ee.* Saccus et inflexiones laminae serosae pericardii. — *α*. Liquor serosus in cavo pericardii. — *f*. Lobus superior et *g*. lobus inferior pulmonis dextri. — *h*. Pulmo sinister. — *i*. Mediastinum. — *k*. Particula arcus aortae prope originem arteriae carotidis sinistrae. — *l*. Glandulae bronchicae. — *m*. Trachea. — *n*. Arteria pulmonalis et *o*. ramus dexter arteriae pulmonalis. — *p*. Introitus venae pulmonalis dextrae in atrium sinistrum. — *q*. Cavum auriculae sinistrae cordis. — *r*. Cavum atrii sinistri cordis per parietem posterum persecti. — *s*. Vena cava inferior ante cavum atrii sinistri et prope introitum in atrium dextrum persecta. — *s''*. Paries anterior venae cavae inferioris. — *t. t''*. Venae hepaticae. — *v*. Paries posterior ventriculi sinistri. — *u*. Vena cordis Galeni magna prope introitum in cavum atrii dextri persecta. — *w. w*. Foramen quadrilaterum diaphragmatis. — *x*. Lobus dexter hepatis. — *y*. Lobus Spiegelii. — *yy*. Inflexio peritonaei inter lobum sinistrum et lobum Spiegelii hepatis. — *z*. Lobus sinister hepatis. — *zz*. Lien diaphragmati adhaerens.

Fig. 2. Sectio per arcus costarum primarum ad 14 lin. Par. a junctura cum cartilaginibus, per arcus costarum 2^{ae}—9^{ae}, nec non per corpora vertebrae colli 7^{ae} et vertebrae 1^{ae} lumborum ante curvaturam, quam pars thoracica columnae vertebralis format, ducta. Thorax viri. Pulmones et cor in statu normali.

Facies sternalis s. anterior sectionis: *A*. Pars corporis vertebrae colli 7^{ae}. — *B*. Costa 1^a ad 15 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta. — *C. D. E. F. G. H. I.* Costae 2^a, 3^a, 4^a, 5^a, 6^a, 7^a et 8^a. — *K*. Costa 9^a ad 16 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta. — *L*. Corpus vertebrae

lumborum 1ae. — *a. a. a.* Pleura costalis dextra et *a''*. inflexio ipsius in *b. b.* pleuram diaphragmaticam. — *c. c.* Inflexiones pleurae costalis dextrae in *d. d. d.* pleuram pulmonalem circa hilum pulmonum. — *e. e. e.* Pleura costalis sinistra. — *e''*. Inflexio pleurae costalis sinistrae in *f. f.* pleuram diaphragmaticam. — *g. g.* Inflexiones pleurae costalis sinistrae in *h. h. h.* pleuram pulmonalem. — *i.* Pars postera pulmonis dextri. — *k.* Pars postera pulmonis sinistri. — *l.* Trachea cum bifurcatione in *m.* bronchum dextrum et *n.* bronchum sinistrum. — *o.* Arcus aortae oblique calami scriptorii instar persectus. — *p. p. p.* Glandulae bronchicae. — *q. q.* Particula parietis posterioris atrii cordis sinistri persecti. — *r.* Introitus venae pulmonalis sinistri in cavum atrii sinistri. — *s.* Mediastinum posterius. — *t.* Oesophagus oblique percisus. — *u.* Aorta ascendens oblique persecta. — *w.* Paries anterior venae cavae inferioris. — *x.* Vena hepatica dextra. — *y.* Lobus dexter hepatis. — *z.* Lien. — *α. α.* Diaphragma. — *β. β.* Crura diaphragmatis interna.

Tab. 8. Duas sectiones per arcus costarum 1ae — 10ae, nec non per articulationem costovertebralem primam atque per corpora vertebrarum ductas repraesentat.

Fig. 1. Sectio per costas primas (ad 15 lin. Par. a junctura cum cartilaginibus) nec non per arcus costarum 2ae — 10ae ducta. Thorax viri. Pulmones tuberculis dispersis correpti (comp. Tab. 7, fig. 1).

Facies sternalis sive anterior sectionis: *A.* Costa 1a ad 15 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta. — *B. C. D. E. F. G. H. I.* Costae 2a, 3a, 4a, 5a, 6a, 7a, 8a, et 9a. — *K.* Costa 10a ad 7 lin. Par. a junctura cum cartilagine persecta. — *a. a. a.* Pleura costalis dextra. — *a'*. Inflexio pleurae costalis dextrae circa hilum pulmonum in *d. d. d.* pleuram pulmonalem. — *e. e. e.* Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali adhaerens. — *f.* Trachea cum bifurcatione in *g.* bronchum dextrum et *h.* bronchum sinistrum. — *ee.* Lobus superior et *ff.* lobus inferior pulmonis dextri. — *gg.* Pulmo sinister. — *hh.* Oesophagus oblique persectus. — *i.* Particula arcus aortae cum origine arteriae subclaviae sinistrae. — *k.* Ramus sinister arteriae pulmonalis. — *l.* Vena pulmonalis dextra. — *m. m. m.* Frustulum pericardii cum inflexione laminae serosae ipsius in superficiem externam atrii sinistri cordis. — *n.* Liquor serosus in cavo pericardii. — *o.* Frustulum parietis posterioris atrii cordis sinistri cum introitu venae pulmonalis sinistrae. — *p. p.* Diaphragma. — *q. q.* Crura interna diaphragmatis prope hiatum aorticum persecta. — *r.* Vena cava inferior. — *s.* Lobus dexter hepatis. — *t.* Lien. — *u.* Aorta abdominalis oblique persecta.

Fig. 2. Sectio per articulum costovertebralem primum dextrum, per capitulum costae 1^{ae} sinistrae atque per arcum hujus costae inter marginem ipsius convexum et concavum, per arcus costarum 2^{ae}—9^{ae}, nec non per corpora vertebrarum ducta. Thorax viri. Pulmones infiltratione tuberculosa correpti. Pleura costalis sinistra pleurae pulmonali fortiter adhaerens; stratum densum solidumque exsudati fibrinosi pleurae costali et pulmonali interpositum, quam ob rem costae lateris sinistri propiores inter se, quam in latere dextro. Pars thoracica columnae vertebralis retrorsum et ad sinistram incurvata et cavum sinistrum pleurae angustatum. Propter hanc morbosam thoracis et columnae vertebralis conformationem arcus costarum sinistri lateris propius ad columnam vertebralem, quam in latere dextro persecti sunt.

Facies postera s. vertebralis sectionis: *A*. Corpus vertebrae dorsi 1^{ae} ad 2 fere lin. Par. a canali spinali persectum.—*B*. Corpus vertebrae dorsi 6^{ae} ad $10\frac{1}{2}$ lin. Par. a canali spinali, persectum. — *B. B*. Corpus vertebrae dorsi 11^{ae} ad 4 lin. Par. a canali spinali, persectum. — *C*. Articulatio costovertebralis prima dextri lateris. — *C. C*. Margo concavus costae 1^{ae} dextrae. — *D*. Capitulum costae 2^{ae} sinistrae. — *E*. Costa 1^{a} sinistra inter marginem concavum et convexum persecta.—*F*. Costa 9^{a} sinistra.— *F''*. Costa 8^{a} dextra ad 7 poll. Par. ab articulatione costovertebrali persecta. — *a. a. a*. Stratum exsudati fibrinosi solidi pleurae costali et pulmonali sinistri lateris interpositum. — *b. b*. Pleura costalis et pulmonalis dextra. — *c. d*. Partes posterae pulmonis dextri et sinistri. — *e. e*. Diaphragma. — *f*. Hepar. *g*. Lien.

Omnes sectiones cordis infantis recens nati, tam *transversas*, quam *in longitudinem ductas*, ut melius inter se comparentur, *in una tabula* adumbravi et huic fasciculo operis tanquam appendicem adjeci. Sectionibus his etiam alias disquisitiones cordis infantilis in cadaveribus congelatis institutas nec non sectiones per caveam abdominis foetus ductas adjunxi. Si in cadaveribus infantium, postquam gelu exposita erant, os sternum et cartilagines costarum aut columnam vertebralem scalpro removemus, cor in situ relictum denudamus, et in denudato caveas ostiaque ipsius perlustramus, mihi persuasum est, inquisitionem hujusmodi nobis de dispositione cavearum ostiorumque cordis, de aspectu et conformatione foraminis ovalis et tuberculi Loweri meliorem

notitiam aperire quam alias indagationes anatomicas, modo consueto institutas. Fig. 2—5 Tab. 9ae sunt, quae cor infantile congelatum hac ratione inquisitum effingunt.

Tab. 9. Situm cordis infantis recens nati, dispositionem cavearum ostiorumque cordis, sectiones per cor in longitudinem sectionesque nonnullas caveae abdominis in cadaveribus foetuum institutas repraesentat.

Fig. 1. Cor infantis recens nati in situ ipsius normali adumbratum. Sectio transversa supremae ipsius partis inter cartilagines costae 3ae et 4ae ducta.

a. Atrium cordis dextrum. — *b*. Ventriculus cordis dexter. *c*. — Apex ventriculi sinistri. — *d*. Atrium cordis sinistrum. — *e*. Vena cava inferior. — *f*. Aorta ascendens. — *g*. arteria pulmonalis.

Fig. 2. Cadaver infantis mortui nati, congelatum. Thorax sectione per claviculas et costas ductâ in segmentum anterius et posterius diffissum.

a. *a*. Diaphragma. — *b*. Lobus hepatis dexter. — *c*. Lobus hepatis sinister. — *d*. Apertura venae cavae superioris in atrium cordis dextrum. — *e*. Apertura venae cavae inferioris in hanc caveam. — *f*. Cavea atrii cordis dextri. — *g*. Crus posterius limbi Vieussenii foraminis ovalis cordis. — *h*. Crus anterius hujus limbi quod in — *i*. Valvulam Eustachii venae cavae inferioris extenditur. — *k*. Valvula foraminis ovalis. — *l*. Foramen ovale. — *α*. Pars atrii dextri anguli instar inter orificium venae cavae superioris et foramen ovale prominens atque tuberculum Loweri constituens. — *m*. Septum ventriculorum. — *n*. Cavea ventriculi cordis sinistri et laciniae valvulae mitralis. Orificium atrioventriculare dextrum simul cum ventriculo dextro sectione remotum est. — *o*. Arteria pulmonalis. — *p*. Thymus. — *q*. *q*. Pulmones.

Fig. 3. Cadaver infantis mortui nati cangelatum. Thorax per costas, ad 3'''—6''' a junctura cartilaginum cum costis, in segmentum anterius et posterius diffissus.

Segmentum sectionis posticum. — *A*. Sternum ad 3½" infra articulos sternoclaviculares persectum. — *B*. *B*. Cartilago costae 1ae prope juncturam cum osse sterni. — *C*. *C*. Costa 2a ad 3''' a junctura cum cartilagine persecta. — *D*. Costa 8. prope juncturam cum cartilagine ipsius persecta.— *a*. *a*. Diaphragma. — *b*. *c*. Lobus dexter et sinister hepatis. — *d*. *e*. Aper-

turae venae cavae superioris et inferioris in caveam atrii dextri cordis. — *g*. *h*. Crura (anterius et posterius) limbi Vieussenii foraminis ovalis. — *i*. Valvula Eustachii. — *i*. *i*. Orificium venae cordis magnae Galeni cum valvula Thebesii. — *k*. Valvula foraminis ovalis. — *l*. Foramen ovale. — *m*. Septum ventriculorum. — *n*. Cavea ventriculi sinistri prope apicem cordis aperta. — *o*. Conus arteriosus. — *o*. *o*. Margo posterior orificii atrioventricularis dextri cum una lacinia valvulae tricuspidalis. — *α*. Tuberculum Loweri. — *β*. Auricula cordis dextra. — *p*. Thymus. — *q*. *q*. Caveae pleurarum et pulmones.

Fig. 4. Cadaver foetus mortui nati congelatum. Columna vertebrarum, pars posterior thoracis et pulmones scalpro persecta et remota. Posterior paries venae cavae inferioris et atriorum cordis (dextri et sinistri) forfice persectus, caveae horum atriorum apertae.

a. *a*. Diaphragma. — *A*. Columna vertebralis persecta. — *b*. *b*. *b*. *b*. Paries posterior persectus venae cavae inferioris et atriorum cordis. — *c*. Orificia venarum hepaticarum. — *d*. Paries anterior venae cavae inferioris. — *e*. *f*. Foramen ovale. — *g*. *g*. Valvula Eustachii. — *h*. *h*. Particula valvulae foraminis ovalis ex parte forfice persectae. — *ff*. Auricula cordis sinistra. — *gg*. Orificium atrioventriculare sinistrum. — *i*. Ventriculus cordis sinister.

Fig. 5. Cadaver foetus mortui nati congelatum. Columna vertebrarum et paries posterior thoracis simul cum pulmonibus remota. Paries posterior atrii cordis sinistri et ex parte atrii dextri caute incisus, ne valvula foraminis ovalis laederetur.

a. *a*. *a*. Parietes atrii cordis sinistri et auricula sinistra. — *b*. Ostium atrioventriculare sinistrum. — *b*. Vena cava inferior et *c*. *c*. Paries posterior atrii cordis dextri ex parte tantum aperti. — *c*. *c*. Limbus foraminis ovalis. — *d*. Valvula Eustachii. — *e*. Vena cava superior.

Fig. 6. Cadaver infantis recens nati congelatum. Os sternum, costae et pulmones scalpro persecta et remota. Paries anterior atrii cordis dextri, et ventriculi cordis dextri remotus. Hepar frustatim ita resectum et remotum est ut decursus venae umbilicalis et venae cavae inferioris simul cum ductu venoso Arantii in conspectum veniant.

a. Vena cava superior. — *b*. Vena cava inferior. — *c*. Vena hepatica dextra. — *d*. Truncus venae umbilicalis. — *e*. Ramus venae umbilicalis dexter (qui in venam portae aperitur). — *f*. Ramus sinister venae umbilica-

lis s. ductus venosus Arantii, qui in *g*. venam cavam inferiorem aperitur. — *h*. Crus anterius limbi foraminis ovalis quod in *hh*. valvulam Eustachii continuatur. — *i*. Crus posterius hujus limbi. — *ii*. Valvula foraminis ovalis perforata. — *k*. Paries atrii cordis dextri. — *l*. Posterior et inferior pars limbi orificii atrioventricularis dextri simul cum una lacinia valvulae tricuspidalis. — *m*. Cavea ventriculi cordis dextri. — *n*. Auricula cordis dextra. — *o*. Cavea ventriculi cordis sinistri prope apicem cordis aperta. — *p*. Arteria pulmonalis. — *α* Tuberculum Loweri. — *q*. et *q'*. Lobus dexter et sinister hepatis.

Fig. 7. Sectio per latus dextrum thoracis in cadavere congelato infantis recens nati in longitudinem ducta. Segmentum sectionis sinistrum.

a. a. Cartilagines costarum persectae. — *b*. Vena cava superior. — *c*. Vena cava inferior. — *d*. Hepar. — *e*. Auricula cordis dextra. — *f*. Atrium cordis dextrum. — *g*. Ostium atrioventriculare dextrum. — *h. h*. Vena cordis magna Galeni cum valvula Thebesii. — *i. i*. Crus anterius limbi Vieussenii foraminis ovalis. Continuatio hujus cruris in valvulam Eustachii hanc ob causam non cernitur, quia latus dextrum et maxima pars parietis anterioris venae cavae ascendentis sectione remota sunt. — *k*. Crus posterius limbi Vieussenii. — *l*. Foramen ovale et valvula ipsius. — *m*. Tuberculum Loweri.

Fig. 8. Cadaver infantis 2rum mensium congelatum et ad latus dextrum columnae vertebrarum in longitudinem persectum. Segmentum sectionis sinistrum.

A. Columna vertebrarum prope articulos costovertebrales lateris dextri in longitudinem persecta. — *B*. Os sternum. — *a. a*. Cartilagines costarum. — *b*. Vena cava superior. — *c*. Vena cava inferior. — *d*. Lobus dexter hepatis. — *d. d*. Foramen Winslowii. — *α*. Pancreas. — *β*. Pylorus. — *γ*. Colon transversum. — *e*. Auricula cordis dextra. — *f*. Cavea atrii cordis dextri. — *g*. Ostium atrioventriculare dextrum cum laciniis valvulae tricuspidalis. — *h*. Orificium venae cordis magnae Galeni cum valvula Thebesii. — *i. k. l*. Crura (anterius et posterius) foraminis ovalis et foramen ovale fere clausum. In cadavere hoc infantis propter perfectam fere foraminis ovalis occlusionem jam nulla continuatio cruris anterioris isthmi Vieussenii in valvulam Eustachii (conf. fig. 2) cernitur. — *m*. Tuberculum Loweri. — *n*. Eminentia semilunaris in cadavere inter utrumque orificium venarum cavarum prominens et fovea sub orificio venae cordis magnae Galeni ad latus hujus eminentiae sita.

Fig. 9. Cadaver infantis duobus mensibus post partum mortui congelatum et per latus dextrum in longitudinem persectum. Segmentum sectionis dextrum.

A. A. A. A. Costae et cartilagines costarum persectae. — *B.* Clavicula. — *C.* Scapula. — *a.* Pulmo dexter. — *b. b. b.* Cavea pleurae dextrae. — *b. b.* Diaphragma. — *c.* Lobus dexter hepatis. — *d.* Vesica fellea. — *e.* Ren dexter. In tubulis papillorum hujus renis persecti sedimenta albidi coloris cernuntur, quae saepissime in cadaveribus infantium recens natorum observamus. — *f.* Colon transversum et ascendens. — *g.* Intestinum caecum.—*h.* Intestinum ileum.—*i.* Ligamentum colicorenale peritonaei.—*k.* Ligamentum coronarium hepatis.

Fig. 10. Cadaver infantis recens nati congelatum et per latus corporis sinistrum (ad 6''' a columna vertebrali) in longitudinem persectum. Segmentum sectionis sinistrum.

A. A. Costae et cartilagines costarum persectae. — *B.* Clavicula. — *C.* Articulus capituli femoris cum acetabulo. — *a.* Pulmo sinister. — *aa.* Apex cordis. — *bb.* Diaphragma. — *c.* Particula lobi sinistri hepatis. — *cc.* Lien. — *d.* Glandula suprarenalis.—*e.* Ren sinister. — *f.* Colon transversum.—*g. h.* Intestina tenuia. — *i. i. i.* Lamina peritonaei parietalis.—*k.* Stomachus. — *kk.* Curvatura major ventriculi. — *l.* Pancreas inter laminas mesocoli transversi situm. — *m.* Omentum majus quatuor laminis peritonaei (duabus anterioribus et duabus posterioribus) constitutum. — *n.* Bursa omenti s. cavea minor peritonaei. — *o.* Cavea peritonaei major. — *p.* Duae laminae mesocoli transversi.—*q.* Radix omenti majoris duabus laminis peritonaei, quae anteriorem et posteriorem faciem ventriculi (*k*) investiunt, constituta. — *qq.* Inflexio parietis anterioris omenti majoris (duabus hisce laminis peritonaei constituti) in parietem ipsius posteriorem.—*r.* Continuatio unius laminae posterioris omenti in laminam superiorem mesocoli transversi et inflexio alterius laminae posterioris omenti ad involucrum serosum intestini coli transversi (*f*) constituendum.—*s.* Ligamentum peritonaei gastrolienale.

Fig. 11. Cavea abdominis cadaveris infantis per cartilaginem costae 8ae et per vertebram dorsi 12am transverse persecta. Segmentum sectionis superius.

A. A. Cartilago costae 8ae. — *B.* Vertebra dorsi 12a. — *C. C.* Costa 12ma. — *a.* Lobus dexter et *b.* Lobus sinister hepatis. — *bb.* Lobus Spi-

gelii hepatis. — *c*. Ligamentum suspensorium hepatis. — *d. d. d.* Lamina parietalis peritonaei. — *ee*. Inflexiones peritonaei quibus ligamentum suspensorium hepatis (*c*) constituitur. — *f. f. f.* Cavum omenti minoris lobum Spigelii hepatis et exsudatum parvum serosum includens. — *g*. Ligamentum gastrohepaticum. — *h. h. h.* Ligamentum gastrolienale. — *i. i.* Cavea peritonaei inter lienem et fundum ventriculi, exsudatum serosum continens et a cavea omenti minoris *k*. ligamento gastrophrenico separata. — *l*. Fundus ventriculi. — *m*. Curvatura ipsius major et *n*. minor. — *o*. Lien. — *p. p.* Glandulae suprarenales. — *q*. Vena cava inferior. — *r*. Vena portae. — s. Aorta abdominalis.

Fig. 12. Cavea abdominis in cadavere infantis recens nati congelati transverse per umbilicum persecta. Segmentum sectionis inferius.

A. Vertebra lumbalis 4ª. — *B*. Umbilicus. — *C. C.* Musculi Psoates. — *a. a.* Parietes abdominis. — *b. b. b.* Lamina peritonaei parietalis. — *c. c. c.* Ansae intestinorum tenuium congelatae, strato glaciei tectae et in nonnullis locis persectae. — *d*. Intestinum ileum prope introitum in intestinum caecum persectum.—*d''*. Processus vermiformis intestini caeci.— *e*. Colon descendens. — *ff*. Transitus flexurae sigmoideae coli descendentis in intestinum rectum. — *g. g.* Inflexiones peritonaei ad *h. h.* radicem mesenterii intestinorum tenuium constituendum. — *i. i.* Inflexiones peritonaei quibus involucrum serosum intestini coli constituitur. — *k. k.* Inflexiones laminarum peritonaei circa flexuram sigmoideam intestini coli. — *l. l.* Ureteres.

Imagines igitur tabulae hujusce (fig. 2—8) aspectum et conformationem foraminis ovalis cordis in infantibus diversae aetatis adumbrant. Sectionibus his per cadavera infantum diversâ directione ductis hoc mihi praecipue proposui, ut nexum valvulae Eustachii cum isthmo foraminis ovalis nec non situm et directionem harum partium clarius et naturae congruentius quam hoc in tabulis anatomicis Auctorum adumbratum est, exponerem. Sic e. g. magnam differentiam, quae inter situm et conformationem foraminis ovalis et valvulae Eustachii apud infantes recens natos et nonnullis mensibus post partum elapsis mortuos, ostenditur, in nulla tabula anatomica Auctorum ita exacte adumbratam, ut hoc fig. 2, 3, 7 et 8 repraesentant, invenimus. Nec in ulla utraque facies (anterior et posterior) foraminis et valvulae, ut in nostra tabula (comp. fig. 2, 3 et 4, 5), exacte efficta est. Usus tuberculi Loweri in corde foetali nulla quoque ratione clarius, quam sectionibus

per cadavera infantum congelata diversa directione ductis (fig. 2, 3, 7) explicatur.

Omnibus his sectionibus inter se comparatis haec de conformatione foraminis ovalis et valvulae Eustachii in corde foetali concludere possumus:

1) In corde foetus, ut olim cl. Wolffius jam demonstravit, loco septi atriorum inter atrium dextrum sinistrumque in *caveam utriusque atrii* vena cava inferior aperitur (fig. 4); *valvula Eustachii* autem, quae nihil aliud est nisi duplicatio tunicae internae hujus venae, a *dextro* et *anteriore margine orificii ipsius* in caveam atrii dextri *ad crus dextrum isthmi Vieussenii* foraminis ovalis extenditur (fig. 2, et 3, e. i. h.), et ob hanc causam etiam *valvula anterior foraminis ovalis* nuncupatur; ad constituendam vero *valvulam foraminis ovalis* proprie sic dictam eadem membrana interna venae cavae inferioris a *sinistro et posteriore margine orificii ipsius* ad *crus posterius foraminis ovalis* continuatur (comp. fig. 7, c. k. l.).

2) Annulus s. isthmus Vieussenii, cum utraque igitur valvula cruribus suis connexus, orificium venae cavae inferioris in corde foetali in *duos* quasi ductus: dextrum sinistrumque dividit et locum septi atriorum futuri in cavea atrii dextri occupat (fig. 3). Utraque valvula denique aspectum falciformem, margine libero, semilunari sursum spectante, praebet.

3) Septum atriorum in corde foetali planum minime verticale, sed in superiore ipsius parte *sub angulo obtuso inflexum* format. Inflexio haec loco *inter isthmum Vieussenii foraminis ovalis et orificium venae cavae superioris* sito respondet, in caveam atrii dextri prominet et *tuberculus Loweri* nuncupatur (ac fig. 2, 3, 6 et m. fig. 7, 8).

4) Quum orificia venarum cavarum (superioris et inferioris) in cavea atrii dextri cordis foetalis alterum alteri admodum vicina sint, patet tuberculum Loweri hunc usum habere, ut cursum sanguinis ex vena cava inferiore in orificium venae cavae superioris affluere impediat aliamque directionem, — ad auriculam cordis versus, sequi cogat. (Retzius). Quod attinet ad alias sectiones per corpus infantile congelatum ductas et in tabula 9ª fasciculi 2 B. adumbratas, illae praecipue ad perlustrandam conformationem lamellarum cavearumque omentorum distinatae sunt. Dispositio et decursus harum lamellarum partim ad naturae veritatem, partim vero tamquam schemata lineis in imaginibus nostris (fig. 8, 10) efficta sunt. Modum vero conformationis omentorum infra in fasciculo 3 A. fusius explicatum invenies.

Haec sunt denique, quae permultas sectiones *triplici directione* ductas inter se comparando et perlustrando, hic de aspectu, directione et dimensionibus *mediastinorum* nec non *diverso cordis aliorumque pectoris organorum situ*, tanquam corollaria adjicio et attentione medicorum digna esse puto.

Quod ad pleuras et *mediastina attinet*, notatu dignum est, infimam saccorum pleurae partem, quae *costis* 11ae *et* 12ae *respondet*, inter laterales (costales) diaphragmatis portiones et has costas inclusam *semper vacuam* esse (si exsudata serosa pathologica exceperis), ita ut ne in fortissima quidem inspiratione, quum pulmo aëre extensus est, pulmonem contineat. Ob hanc causam vacui hi infimi cavearum pleurae fines semper *in sectionibus abdominis transversis cum aliis visceribus abdominalibus persectis in conspectum veniunt* (conf. Fasc. 3, pag. 3). *Cavea mediastini*, i. e. interstitium parietibus mediastineis utriusque pleurae (dextrae et sinistrae) inclusum *unica est*. Divisio ipsius in cavum mediastini anterius et posterius, quae vulgo admittitur, prorsus artificialis est. Veritati igitur magis consentaneum est, situm, aspectum et conformationem hujusce interstitii, *tanquam caveae unius* considerare.

Conformatio vero, situs, aspectus et dimensiones ipsius in diversis regionibus thoracis valde diversa et notatu dignissima sunt.

a. Mediastinum *transversa directione* diffissum:

In spatio intercostali primo (inter costam 1am et 2am) modo formam ovi modo autem quadranguli non regularis offert, et quidem diameter ipsius anteroposterior paulo longior est (2—2½ poll) quam transversa; margo vero anterior sub osse sterno conditus largior est quam posterior, columna vertebrali (praecipue corpore vertebrae dorsi 3ae et 4ae) limitatus; margines vero laterales (dexter et sinister paulo excavati) (conf. Tab. 2, fig. 3 et 4). Ceterum directio utriusque hujus mediastini marginis (dextri et sinistri) ac simul varia marginis aut parietis anterioris latitudo multum a diverso pulmonum statu dependet. Si e. g. pulmones aëre extensi vel emphysemate correpti et pleurae forte accreverunt, anterior caveae mediastini margo angustatur ita, ut anteriores pulmonum margines in spatio intercostali 1mo non magis quam ad ⅓—½ poll. Par. unus ab altero distet, (conf. Tab. 3, fig. 1 et 2), e contrario si pulmones tuberculis vel hepatisatione correpti et incrassati sunt, longitudinem pollicum 2½ adaequet (conf. Tab. 2, fig. 1). Ob hanc causam etiam aspectus mediastini fere nunquam *perfecte symmetros est;* fere semper unum ipsius latus *magis excavatum* est aut magis *verticalem aut flexuosam* (conf. Tab. 4, fig. 1 et 4) directionem

offert, quam aliud (conf. Tab. 2, 3 et 4) atque directio totius interstitii plus minusque obliqua est (Tab. 4, fig. 4).

Partes cavea mediastini *in spatio intercostali primo* inclusae sunt: 1) Fines m. m. sternohyoideorum et sternothyreoideorum fasciâ thoracica involuti. 2) Vena innominata dextra et sinistra nec non vena cava superior (propius pulmonem dextrum), prope introitum harum venarum. 3) Vasa arterialia magna capitis et extremitatum superiorum (truncus innominatus, carotis sinistra, subclavia sinistra) cum pariete superiore arcus aortae. 4) Trachea (propius latus dextrum). 5) Oesophagus mediam fere partem spatii occupans et columnae vertebrali incumbens. 6) Nervi pneumogastrici, ansa n. pneumogastrici sinistri cum n. recurrente, nn. phrenici et sympathici qui prope vasa arterialia decurrunt; 7) ductus thoracicus qui post oesophagum et ad sinistrum ipsius latus ascendit. *Vasa mamaria interna* autem in spatio intercostali primo *extra mediastinum* sub cartilaginibus costarum conditae, decurrunt.

Sub cartilaginibus costarum 2rum vero cavea mediastini jam apicem pericardii, superiorem partem aortae ascendentis aut parietem inferiorem (concavum) arcus aortae, interdum parietem superiorem (convexum) arteriae pulmonalis, bifurcationem tracheae (si linea secans per corpus vel marginem inferiorem corporis vertebrae dorsi 4ae aut per marginem superiorem vertebrae dorsi 5ae transit) et venam azygos includit.

In spatio intercostali secundo (inter costas 2am et 3am). Aspectus et dimensiones caveae mediastini in interstitio hoc magis quam in interstitio primo variant; sic, costae secundae propius, mediastinum aspectum trianguli (comp. Tab. 5, fig. 1. Tab. 6, fig. 2); costae tertiae vero propius formam ovalem offert. Interdum diametros ipsius anteroposterior ($2^1/_2$—4 poll. Par.), interdum vero transversa (2—4 poll. Par.). praevalet, directionem vero paulo obliquam habet. Diversa haec caveae mediastini in interstitio secundo conformatio praecipue *a diverso cordis situ* et a variis textus pulmonalis, pleurarum et pericardii mutationibus dependet. Si cor situm normalem praebet, pericardium nullum liquorem exsudatum continet et pulmones aëre modice extensi sunt, margines ipsorum anteriores unus alteri fere contigui sunt aut parvo solummodo interstitio sejunguntur (Tab. 5, fig. 1, 2, 3, 5), in eadem conditione inter parietem anteriorem pericardii et sternum parvum spatium triangulare observatur ab utroque latere pleuris limitatum atque textum cellulosum laxum continens; hoc est quod vulgo *mediastinum anterius* nuncupatur (conf. Tab. 5, Fig. 1, b, fig. 2, d). Aliud

vero spatium, magis largum sed non tam distincte limitatum et inter cor et columnam vertebralem inclusum sic dictum *mediastinum posterius* est. Cor inter utrumque hoc mediastinum situm mediae mediastini parti *figuram oviformem sive ovalem* praebet (Tab. 5, fig. 2, Tab. 6, fig. 3 et 4). Si autem pericardium liquore seroso extensum (Tab. 6, fig. 1) aut si cor paulo elevatum est et textus pulmonum hepatisatione, tuberculis etc. correptus et incrassatus est, margines pulmonum anteriores decedunt (Tab. 6, fig. 3 et 4). Spatium triangulare mox descriptum (mediastinum anterius) evanescit ita ut pericardium parieti posteriori sterni plane fere contiguum sit. (Tab. 6, fig. 1 et 3). Si denique cor e situ suo descendit aut cavea unius pleurae exsudato seroso, pure vel aëre extensa est, totum spatium mediastineum angustatur et aspectum *trianguli obliqui* accipit (Tab 6, fig. 2).

Quod attinet ad partes caveae mediastini inclusas, in universum animadvertendum est, serram *spatium intercostale primum et quartum* secantem semper *unas fere easdemque* organorum thoracis partes, *per spatium intercostale secundum* ductam nonnisi in cadaveribus hominum, qui morbis pulmonum et cordis laborabant, *diversas*, interstitium vero intercostale tertium diffindentem fere semper *diversas* ferire videmus.

Partes igitur *interstitio intercostali secundo* inclusae sunt: 1) Vena cava superior prope introitum in atrium cordis dextrum vel (rarius) prope finem venae azygos (Tab. 5, fig. 1) itaque modo extra saccum pericardii sita, (Tab. 5, fig. 1, 2), modo jam pericardii vestita (Tab. 5, fig. 3, 4, 5). 2) Apex pericardii et inflexiones laminae serosae ipsius circa radicem vasorum majorum cordis. 3) Aorta ascendens prope valvulas semilunares et non raro una vel altera particula harum valvularum (Tab. 6, fig. 4). 4) Arcus et bifurcatio arteriae pulmonalis cum una vel duabus valvulis semilunaribus (Tab. 5, fig. 4 et 5), non raro etiam conus arteriosus ventriculi dextri. Fere semper in sectione transversa per spatium intercostale secundum ducta *conus arteriosus et bifurcatio arteriae pulmonalis* oblique persectus *formam retortae chemicae* prae se fert (conf. Tab. 5, fig. 3, 4, 5); cum cono arterioso semper quoque una valvula semilunaris art. pulmonalis (anterior) integra in segmento sectionis inferiore, reliquae vero duae, inter marginem adhaerentem et liberum persectae in segmento sectionis superiore relinquuntur (fig. 4 et 5). 5) Interdum parietes superiores auricularum, saepius dextrae (Tab. 5, fig. 4 et 5), rarius sinistrae (fig. 4). 6) Bifurcatio tracheae si sectio transversa vertebram dorsi 5am diffindit (Tab. 5, fig. 1), saepius bronchi

dexter et sinister paulo infra divisionem tracheae (fig. 2). 7) Oesophagus et 8) Aorta descendens prope columnam vertebralem et sinistrorsum decurrentes. 9) Vena azygos, glandulae bronchicae, nervi pneumogastrici, sympathici et ductus thoracicus. Nervi phrenici autem supra faciem anteriorem et lateralem pericardii marginibus anterioribus pulmonum conditi decurrunt.

Vasa mammaria interdum, prout margines anteriores pulmonum unus alteri contigui sunt, aut unus ab altero distat, extra caveam mediastini aut in cavea ipsa sita sunt.

Sectio transversa *per cartilagines utriusque costae 3ae* ducta semper conum arteriosum simul cum pariete anteriore superiore ventriculi dextri infra (ad 2—5''') valvulas semilunares art. pulmonalis, bulbum aortae inter marginem liberum et adhaerentem valvularum semilunarium, et atrium sinistrum prope introitum venarum pulmonalium plerumque diffindit.

In spatio intercostali tertio (inter costas 3 et 4am) cavea mediastini semper fere, si margines anteriores pulmonum unus alteri contigui sunt, aspectum oviformem, oblongum (Tab. 8, fig. 2, 3. T. 9, fig. 3), si vero distant, spatium ovatum, (cujus diametros transversa praevalet) repraesentat. (Tab. 9, fig. 1, 2). Tota fere corde occupatur; cetera vero organa (ut oesophagus, nervi, ductus thoracicus, aorta descendens) interstitium angustum inter atrium cordis sinistrum et columnam vertebralem inclusum, occupant. Directio caveae mediastineae hic etiam paulo obliqua est.

Partes interstitio hoc inclusae sunt (conf. Tab. 8 et 9). 1) Saccus pericardii cum inflexionibus laminae ipsius serosae circa atrium sinistrum et venas pulmonales. 2) Pars media s. superior atrii dextri (saepius) prope introitum venae cavae superioris vel prope introitum venae magnae cordis Galeni, nec non maxima pars auriculae cordis dextrae. 3) Septum atriorum. 4) Interdum sinus arteriosus ventriculi dextri sub valvulis semilunaribus arteriae pulmonalis, interdum vero segmentum superius et anterius orificii atrio ventricularis dextri cum una valvula tricuspidali (anteriori et partim interna). 5) Bulbus aortae cum angulis insertionis trium valvularum semilunarium. 6) Pars superior et media atrii cordis sinistri (quod totam posteriorem partem interstitii occupat) cum introitu venarum pulmonalium; interdum etiam 7) segmentum superius et anterius orificii atrioventricularis sinistri cum una valvula (anteriore) mitrali et 8) anterior et superior pars ventriculi dextri, superior pars septi ventriculorum nec non suprema pars ventriculi sinistri (conf. T. 9, fig. 1, 2. T. 8, fig. 1). Hae ventri-

culorum cordis partes interdum quoque sectione per cartilaginem costae 3ae ducta diffinduntur.

Si cor deorsum dislocatum est, linea secans transverse per interstitium hoc ducta easdem cordis partes quas jam supra (interstitium intercostale secundum describens) exposui, (T. 10, fig. 2), interdum vero, si cor visceribus abdominis aëre vel liquore nimis extensis sursum propulsum est, apicem ipsius (sicuti per cartilaginem costae 5tae ducta) diffindit (T. 10, fig. 3).

Vasa mammaria interna in interstitio intercostali tertio semper jam *extra caveam mediastini sita* et a pleuris musculo Triangulari sterni sejuncta, inter hunc musculum et cartilagines costarum (ad unum pollicem transversum ab externo ossis sterni margine) decurrunt. Ex hoc patet vulnera horum vasorum, si intra cartilaginem costae 3ae laesa sint, non semper haemorrhagia interna comitari et non tam periculosa esse, quam vulnera interstitii intercostalis primi et secundi, quae semper fere cum extravasato sanguinis in caveam thoracis juncta sunt.

Sub cartilaginibus utriusque costae 4ae et in spatio intercostali quarto (inter costas 4am et 5am) cavea mediastini, si empyema quod aspectum mediastini et cordis ipsius mutat (conf. T. 12, fig. 4), exceperis, semper figuram oblongam, oviformem et directionem paulo obliquam offert semperque largior quam longior est (conf. Tab. 11 et 12). Margines anteriores utriusque pulmonis et in hoc quoque interstitio modo prorsus contigui (T. 11, fig. 3. T. 12, fig. 1), modo intervallo 2½—3 poll. Par. longo sejuncti (T. 11, fig. 1, 2) sunt.

Si pericardium liquore exsudato seroso, purulento vel sanguineo valde extensum est, parietes pleurarum mediastinei (seu laterales) et praecipue anteriores margines pulmonum a sterno ad dextram sinistramque removentur ita, ut saccus pericardii solus magnum spatium sub osse hoc et sub cartilaginibus costarum occupet (Tab. 13, fig. 3). In hydropericardite itaque prope marginem externum ossis sterni locus adest ad instituendam puncturam valde idoneus, ubi pericardium, ossi huic et cartilagini costae 4ae directe suppositum est. Si vero praeter hydropericardium caveae pleurarum exsudatum quoque exiguum serosum continent, cavendum est in hac operatione instituenda, ne simul cum pericardio una alteraque pleura perforetur; etenim sacci pleurarum liquorem continentes non tam facile a pericardio removentur (conf. Tab. 14, fig. 4). Partes cordis, quarum situs *interstitio intercostali 4to* et *cartilagini costae 4ae* respondet (conf. Tab. 11—14), sunt: 1) Atrium dextrum inter utramque venam cavam, saepe introitu venae cavae in-

ferioris propius. 2) Media pars orificii atrioventricularis dextri media quoque pars ventriculi dextri et utraque valvula tricuspidalis posterior et interna 3) Pars infima et posterior atrii cordis sinistri cum una parte limbi orificii atrioventricul. sinistri (Tab. 12, fig. 2. Tab. 13, fig. 1). Saepissime vero sectio transversa per interstitium hoc intercostale instituta ventriculum cordis sinistrum infra limbum orificii atrioventricularis sinistri diffindit ita ut in segmento sectionis superiore totum atrium sinistrum cum orificio hoc, in segmento autem inferiore cavea ventriculi sinistri cum rudimentis tendinum valvulae mitralis relicta maneant. 4) Media et ex parte inferior pars septiventriculorum. 5) Raro denique particula orificii arteriosi sinistri cum una alterave valvula semilunari (conf. Tab. 12, fig. 1 et 4).

In rarioribus sectionibus, si cor nimis elevatum est et directionem magis horizontalem habet, propius apicem diffinditur (Tab. 11, fig. 1).

Cetera organa eadem. Oesophagus paulo ad dextram et fere semper supra aortam descendentem decurrit (conf. Tab. 12, fig. 1, 2, 3. Tab. 11 etc).

Sub *cartilagine costae 5ae sinistrae et in interstitio intercostali quinto* (inter costam 5am et 6am) cavea mediastini figuram etiam ovalem, sed minus regularem et directionem magis obliquam quam in aliis superioribus interstitiis praebet.

Sectio transversa per spatium hoc intercostale ducta, si casus pathologicos exceperis (conf. Tab. 19) semper unas easdemque organorum partes diffindit. Hae sunt: 1) Basis pericardii, in cadaveribus plerumque liquorem serosum continens, et centro tendinea diaphragmatis adhaerens. 2) Vena cava inferior infra introitum ipsius in atrium cordis dextrum. 3) Apex cordis cum rudimentis septi et cum nonnullis trabeculis carneis ventriculorum. 4) Apex vel convexa diaphragmatis pars et suprema pars lobi dextri hepatis (conf. Tab. 15 et 16).

Interdum quoque, si cor directionem magis transversam habet, sectione per cartilaginem costae 5ae instituta, nullae ipsius partes in conspectum veniunt et facies sectionis solummodo basin pericardii persecti, diaphragma, lobos inferiores pulmonum, lobum dextrum hepatis et saccum caecum ventriculi diffissa continet (conf. Tab. 17).

Quum cor et pericardium prope cartilaginem costae 5tae magis anteriorem quam posteriorem thoracis partem occupent, cavea mediastini vulgo sic dicti posterioris etiam longior est aspectumque diversum plus minusque regularem offert, modo enim trianguli (Tab. 17, fig. 3. Tab. 16, fig. 2), modo quadranguli (T. 15, fig. 3) figuram repraesentat.—

Oesophagus in spatio hoc semper trunco aortae descendentis superpositus est (conf. Tab. 15, 16, 17).

Insuper animadvertendum est in omnibus his sectionibus transversis caveae mediastini partes diffissas ob eam causam nonnihil diversas esse, quod nunquam fere una eademque puncta sceleti thoracis serra feriri videmus. Diversa columnae vertebralis curvatura diversaque corporum vertebrarum longitudo facit, ut sectio per spatium intercostale 1um ducta columnam vertebralem inter vertebras dorsi 3am et 5am, per interstitia autem intercostalia 2um, 3um et 4um instituta, columnam hanc inter vertebras dorsi 4am et 7am, inter 6am et 9am diffindat.

Mediastinum per longitudinem diffissum spatium est oblongum inter manubrium ossis sterni, columnam vertebralem et diaphragma extensum aspectum et dimensiones etiam valde diversas offerens, prout lineas corporis medianae vel papillis mammarum, vel sterno aut columnae vertebrali propius diffinditur. Spatium hoc medium persectum plerumque figuram trianguli (conf. Fasc. 2 A, T. 6, fig. 2 et 3) vel pyriformem repraesentat (Fasc. 2 A, Tab 5, fig. 1, Fasc. 2 B, T. 5 fig. 2). Directionem autem valde obliquam sequitur (conf. Fasc. 2 B, T. 2, 4). Largissima caveae mediastini pars inferior est, si in anticum et posticum aut in dextrum et sinistrum media persecta conspicitur. Forma, aspectus et dimensiones ipsius a diverso cordis situ, i. e. magis verticali aut magis horizontali et a diverso pericardii et pulmonum statu (prout scilicet liquore vel aëre extensa aut vacua et collapsa sunt) dependet.—(Conf. Tab. fasc. 2 A, 3—9 et Tab. fasc. 2 B. 1—4).

Quum cavea mediastini non unum idemque thoracis planum occupet sed inter parietes mediastineos pleurarum ad utrumque thoracis latus extendatur, ob hanc causam sinuosam conformationem offert; duos ipsius praecipuos sinus in dextro sinistroque pectoris latere observamus, quorum prior venas cavas, dextrum atrii dextri latus (fasc. 2 A, Tab. 10) alter vero apicem cordis (Fasc. 2 A, Tab. 1, fig. 3) includit.

Conformatio caveae mediastini *apud infantes recens natos* eo tantum a conformatione mediastini hominum adultorum distinguitur, quod in interstitio intercostali primo et secundo ob situm glandulae thymi hic inter parietes mediastineos pleurarum inclusae, multo largior est (Fasc. 2, Tab. 21, fig. 1—3) *). In infantibus mortuis natis margines anteriores pulmonum, quorum vesiculae aëre non sunt extensae

---

(*) In explicatione tabularum tabula 21, per errorem typographicum Tab. 20 designata est.

unus ab altero magno interstitio sejunguntur, ob hanc causam anterior pars utriusque caveae pleurae prorsus vacua et interdum glandulae thymi superposita est (T. 21, fig. 1) ita, ut nullum fere mediastinum sic dictum anterius existat. Cor in infantibus hujus aetatis etiam superius situm est ita ut sectiones per interstitium intercostale tertium ducta easdem fere partes cordis diffindat, quas apud adultos sectione per interstitium quartum ducta diffissas observamus (T. 21, fig. 5, 6).

2) *Quod ad situm cordis ac diversarum ipsius partium* attinet, notum est, aspectum et magnitudinem cordis magnopere variare. In genere de forma cordis normalis notandum est, eam modo magis *angulosam* (Fasc. 2, Tab. 20, *) fig. 2 *a*, fig. 3 *a*, fig. 6 *a*), modo magis *rotundam* (T. 20, fig. 4 a, fig. 5 a) esse. Cor aspectum angulosum praebens fere semper ita situm est, ut dextra ipsius pars simul perfecte anterior sit, sinistramque ita tegit ut osse sterno et pericardio remotis, parva solummodo ventriculi sinistri particula prope apicem in conspectum veniat, e contrario in corde rotundo sulcus longitudinalis (qui dextrum cor a sinistro sejungit) directionem minus obliquam, potius verticalem habet et multo major ventriculi sinistri portio in anteriorem versus partem spectat. Plerumque auctorum fert opinio, cor oblique ita situm esse, ut verticalis ipsius diametros verticali thoracis axi sub angulo 50° decussetur. Sectiones per thoracem congelatum modo jam supraexposito (vid. Fasc. 2, pag. 70) ductae docent nos innumerabiles exceptiones hujus regulae generalis extare. Sic margo cordis (vel potius ventriculi dextri) dexter saepissime simul inferior est et directionem fere plane horizontalem habet (T. 20, fig. 1 *a*, fig. 6 *a* et Fasc. 2 *A*, T. 12, fig. 4 *A*). Saepissime etiam apex s. mucro cordis, praecipue si cor aspectum potius rotundum quam angulosum repraesentat, non ad sinistram sed plane fere in anteriorem versus partem spectat (T. 20, fig. 4 *a*, fig. 5 *a*). Mutationes diversae pulmonum et praesertim diversus viscerum abdominalium status in situm cordis mutandum gravissimi sunt momenti.

Licet cor diversissimam directionem habeat, nunquam ostia ipsius venosa et arteriosa *in uno eodemque plano* sita esse sectiones nostrae docent. Etenim semper *ostium arteriosum dextrum* (art. pulmonalis) omnibus superius et anterius est et *cartilagini costae secundae sinistrae nec non interstitio intercostali secundo* simul cum vena cava superiore et initio aortae ascendentis respondet.

Ostium hoc ita oblique situm est, ut duae anteriores ipsius valvulae

---

(*) In explicatione tabularum tabula haec per errorem Tab. 21 designata est.

semilunares (dextra et sinistra) simul superiores sint. Valvulae itaque arteriae pulmonalis sectione *per spatium intercostale secundum* ducta nunquam ad unam omnes diffinduntur; sinistra s. posterior plerumque in inferiore sectionis segmento intacta relinquitur.

Sequitur porro pars *coni arteriosi ventriculi cordis* dextri infra valvulas semilunares sita, quae simul cum auricula cordis dextra, ostio arterioso sinistro, cum introitu venae cavae superioris in atrium dextrum, cum atrio cordis sinistro et cum auricula sinistra cartilagini costae 3ae supposita est. Omnium vero harum partium conus arteriosus anterior, atrium cordis sinistrum posterior est. (Conf. T. 20, fig. 2).

Ostium arteriosum sinistrum (s. bulbi aortae) obliquam quoque directionem habet et tres ipsius valvulae semilunares nunquam sectione per *cartilaginem* costae 3am ducta ad unam omnes diffinduntur; harum valvularum duae: anterior unaque posterior plerumque in superiore, altera vero valvula posterior in inferiore sectionis segmento restant.

Ostia venosa cum valvulis cordis duo infundibula, etiam obliqua directione sita, constituunt, quorum unum dextrum paululo inferius quam sinistrum est. (Fasc. 2 A, Tab. 6, fig. 3).

Directio unius horum ostiorum alteri non perfecte parallela est; sinistrum enim a posteriore et superiore thoracis regione in anteriorem et inferiorem partem versus, dextrum vero a dextro latere versus sinistrum et deorsum hiat. Ob hanc causam sectiones transversae per *cartilaginem costae 4ae* et per spatium *intercostale quartum* institutae nunquam limbum ostiorum venosorum in uno eodemque loco diffindunt (conf. Fasc. 2, Tab. 11, fig. 2, 3). Saepissime sectio transversa, ostium venosum cordis dextrum dimidians, caveam ventriculi sinistri ad nonnullas lineas infra ostium venosum sinistrum dividit (T. 11, fig. 2). Saepe etiam sectione thoracis transversa una valvularum mitralium, propter obliquum ostii venosi sinistri situm, non transverse sed secundum longitudinem diffinditur.

Ut notum est, multi auctores (ut Hyrtl aliique) tres valvulas semilunares ostiorum arteriosorum cordis in anteriorem, dextram et sinistram, valvulas ostii venosi dextri (tricuspidales) in anteriorem, posteriorem et internam, valvulam denique mitralem (s. ostii venosi sinistri) in anteriorem et posteriorem distinguere solent.

Nobis situm ostiorum valvularumque cordis sectionibus per corpora congelata ductis perlustrantibus divisio haec veritati non perfecte consentanea esse videtur. Aptius nobis videtur in ostiis cordis arteriosis *unam valvulam semilunarem anteriorem et duas posteriores* distinguere;

quum vero ostia cordis nunquam fere situm in uno eodemque gradu obliquum habeant, valvulae posteriores modo ut dextra et sinistra, modo autem ut superior et inferior (Conf. Fasc. 2 A. Tab. 12, fig. 3) considerandae sunt; interdum denique non una sed duae valvulae anteriores adsunt, si nempe anteriorem ostii parietem non una quaedem valvula, sed angulus insertionis duarum occupat. (Conf. e. g. Fasc. 2, T. 5, fig. 4). In valvulà tricuspidali etiam tres cuspides: anterior duæque posteriores distinguendae sunt; quod vero ad valvulam mitralem attinet, duas ipsius cuspides in superiorem vel anticam et inferiorem s. posticam aptius discernere nobis placet.

Ut melius situs diversarum cordis partium lectoris animo imprimatur, fusiorem descriptionem XX sectionum per unam eandemque thoracis regionem a me ductarum hic adjicio.

Quum ad auscultationem cordis stethoscopus vel auris spatio intercostali tertio et quarto plerumque applicetur, ad penitiorem harum regionum comparationem in viginti cadaveribus congelatis cartilaginem costae 3ae et 4ae elegi et in omnibus his sectionibus situm apicis cordis nec non statum viscerum abdominalium adnotavi.

Sectio per cartilaginem costae 3ae instituta.

I. Cadaver. Ventriculus et Colon gazis modice extensa.

1) Conus arteriosus ventriculi dextri oblique ita persectus ut sectio anterioris ipsius parietis ad 12''', posterioris vero ad 5''' infra insertionem valvularum semilunarium art. pulmonalis ducta sit.

2) Ostium arteriosum sinistrum per valvulas semilunares ita persectum, ut anterior in superiore, utraque posterior vero in inferiore sectionis segmento relictae maneant.

3) Atrium cordis sinistrum inter introitum *vv.* pulmonalium persectum. Omnes hae tres cordis partes, una alteri antepositae cartilagini costae 3ae sinistrae duae, reliquae vero quae sequuntur:

4) Auricula cordis dextra et

5) Infima pars v. cavae superioris partim ossi sterno, partim cartilagini costae 3ae dextrae respondent.

II. Cadaver. Ventriculus liquore valde extensus. Colon collapsum.

1) Conus arteriosus oblique ad 15'''—9''' infra insertionem valvularum semilunarium persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per unam posteriorem valvulam semilunarem diffissum.

3) Suprema pars caveae ventriculi sinistri. Una cuspis valvulae mitralis in longitudinem diffissa.

4) Atrium cordis sinistrum.

5) Atrium cordis dextrum inter introitum utriusque venae cavae persectum.

III. Cadaver. Intestinum colon aëre valde extensum. Ventriculus modice extensus. Apex cordis prope cartilag. costae 6ae situs.

1) Conus arteriosus ad 13'''—8''' infra insertionem valvularum semilunarium persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum inter marginem liberum et adhaerentem valvularum semilunarium cum parva particula parietis ventriculi sinistri diffissum.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Atrium cordis dextrum inter utrumque ostium venarum cavarum.

IV. Cadaver. Apex cordis inter cartilagines costae 5ae et 6ae situs. Intestinum colon et ventriculus vix liquore et aëre extensa.

1) Conus arteriosus ad 14'''—9''' infra insertionem valvularum.

2) Ostium arteriosum sinistrum per duas valvulas semilunares persectum. Una harum valvularum (posterior superior) integra in superiore sectionis segmento relicta.

3) Atrium sinistrum cum una parte limbi ostii venosi et una cuspis valvulae mitralis in longitudinem persecta.

4) Atrium dextrum prope ostium venae cavae superioris.

V. Cadaver. Situs cordis et status canalis intestinalis idem ac in cadavere IV.

1) Conus arteriosus prope marginem adhaerentem valvularum semilunarium.

2) Ostium arteriosum sinistrum inter marginem liberum et adhaerentem valvularum semilunarium persectum.

3) Atrium sinistrum et auricula cordis sinistra.

4) Auricula cordis dextra et atrium cordis dextrum prope finem venae cavae superioris.

VI. Cadaver. Apex cordis inter cartilagines costae 4ae et 5ae situs. Int. colon liquore valde extensum. Ventriculus collapsus.

1) Conus arteriosus ad 6'''—2''' infra valvulas semilunares.

2) Ostium arteriosum sinistrum per valvulas semilunares persectum.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Atrium cordis dextrum prope finem venae cavae superioris et auricula cordis dextra.

VII. Cadaver. Cor magnum, directionem magis verticalem habet; apex cordis cartilagini costae 6ae respondet. Int. colon et ventriculus collapsa.

1) Bifurcatio trunci arteriae pulmonalis perfecte aspectum retortae chemicae offert (conf. F. 2, Tab. 5, fig. 3).

2) Aorta ascendens.

3) Vena cava superior.

VIII. Cadaver pueri (12 ann.). Apex cordis cartilagini costae 5ae respondet. Intestinum colon et ventriculus vacua et valde collapsa.

Partes cordis eadem ac in cadav. VII. persectae.

IX. Cadaver pueri (13 ann.). Apex cordis inter cartilagines costae 5ae et 6ae situs. Ventriculus et intestina liquore non extensa.

1) Conus arteriosus ad 5'''—2''' infra valvulas semilunares persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per duas valvulas semilunares persectum. Una valvula (anterior) in segmento inferiore relicta.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Atrium dextrum et finis venae cavae superioris.

X. Cadaver puellae (14 an.). Apex cordis prope cartilaginem costae 5ae situs. Hepar volumine valde auctum. Intestinum colon aëre valde extensum.

Cor per limbum utriusque ostii venosi et per septa atriorum et ventriculorum persectum. Una pars valvulae tricuspidalis et mitralis in segmento sectionis superiore, altera in segmento inferiore relictae manent.

Sectio per cartilaginem costae 4ae instituta.

XI. Cadaver adulti. Apex cordis inter cartilagines costae 4ae et 5ae situs. Cor parvum. Intestinum colon aëre valde extensum.

1) Conus arteriosus ad 12'''—7''' infra valvulas semilunares persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per duas valvulas semilunares (per anteriorem et posteriorem dextram) infraque valvulam semilunarem posteriorem sinistram diffissum.

3) Atrium cordis sinistrum et septum atriorum.

4) Pars parietis ventriculi sinistri.

5) Atrium cordis dextrum.

In eodem cadavere.

1) Ventriculus dexter infra limbum ostii venosi dextri persectus.

2) Ventriculus sinister prope apicem cordis diffissus.

3) Infima pars atrii cordis dextri.

XII. Cadaver. Mucro cordis cartilagini costae 5ae respondet. Cor majoris voluminis. Pulmones hepatisatione lobulari correpti. Int. colon et ventriculus aëre modice extensa.

1) Conus arteriosus paulo infra valvulas semilunares persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per unam val-

In eodem cadavere.

1) Ventriculus cordis dexter per marginem inferiorem limbi ostii venosi dextri persectus.

2) Ventriculus sinister in-

vulam semilunarem persectum; utraque altera in segmento sectionis inferiore relicta est.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Atrium cordis dextrum et finis venae cavae superioris.

XIII. Cadaver. Mucro cordis prope cartilaginem costae 6ae situs. In cavea pleurae sinistrae exsudatum nimium serosum. Cor directionem magis verticalem habet.

1) Conus arteriosus infra valvulas semilunares persectus.

2) Orificium arteriosum sinistrum per angulum insertionis valvularum persectum.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Auricula cordis dextra.

XIV. Cadaver. Cor magnum. Apex cordis cartilagini costae 5ae respondet. Colon transversum aëre valde extensum.

1) Conus arteriosus ad 11'''—9''' infra valvulas semilunares persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum prope valvulas persectum.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Atrium cordis dextrum cum una parte septi atriorum.

XV. Cadaver. Cor magnum et praecipue cor dextrum sanguine extensum. Apex cordis prope cartilaginem costae 5ae situs. Int. colon excrementis extensum.

1) Conus arteriosus ad 10''' infra duas valvulas anteriores et per valvulam posteriorem semilunarem persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per angulum insertionis valvularum semilunarium persectum.

3) Atrium cordis sinistrum.

fra ostium venosum sinistrum per chordas valvulae mitralis tendineos diffissus.

3) Septum ventriculorum.

In eodem cadavere.

1) Margo inferior limbi ostii venosi dextri cum rudimento unius cuspidis posterioris valvulae tricuspidalis.

2) Pars inferior ventriculi sinistri infra ostium venosum sinistrum diffissa.

3) Atrium cordis dextrum prope introitum venae cavae inferioris persectum.

In eodem cadavere.

1) Margo inferior limbi ostii venosi dextri cum una cuspide (posteriore) valvulae tricuspidalis.

2) Margo inferior limbi ostii venosi sinistri cum inferiore cuspide valvulae mitralis.

4) Atrium cordis dextrum prope finem venae cavae superioris.

3) Septum ventriculorum.

4) Atrium dextrum et sinistrum.

5) Septum atriorum.

XVI. Cadaver. Cor parvum. Mucro cordis cartilagini costae 5ae respondet. Colon et ventriculus collapsa.

1) Conus arteriosus ad 5''' infra valvulas diffissus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per angulum insertionis valvularum persectum.

3) Atrium sinistrum et

4) Atrium cordis dextrum prope finem venae cavae superioris.

In eodem cadavere.

1) Margo inferior limbi ostii venosi dextri cum una parte valvulae tricuspidalis.

2) Infima pars ventriculi cordis sinistri infra ostium venosum sinistrum persecti et infima pars septi ventriculorum.

3) Atrium cordis dextrum.

XVII. Cadaver. Cor parvum. Apex cordis inter cartilaginem costae 4ae et 5ae situs. Exsudatum serosum in cavea pericardii. Ventriculus aëre valde extensus.

1) Conus arteriosus ad 10'''—4''' infra valvulas semilunares persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum inter marginem liberum et accretum valvularum semilunarium diffissum.

3) Atrium cordis sinistrum et

4) Atrium cordis dextrum cum fine venae cavae superioris.

In eodem cadavere.

Partes cordis persectae eaedem ac in cadavere XVI.

XVIII. Cadaver. Mucro cordis cartilagini costae 5ae respondet. Int. colon et ventriculus modice extensi.

1) Conus arteriosus ad 9'''—2''' infra valvulas semilunares persectus.

2) Ostium arteriosum sinistrum per angulum insertionis valvularum diffissum.

3) Atrium cordis sinistrum.

4) Atrium cordis dextrum prope finem venae cavae inferioris.

In eodem cadavere.

Partes cordis persectae eaedem ac in cadavere XVI.

XIX. Cadaver hominis qui tuberculosi laborabat. Ventriculus liquore valde extensus.

1) Conus arteriosus ad 13'''—9''' infra valvulas semilunares diffissus.

2) Orificium arteriosum sinistrum per duas valvulas anteriores et supra tertiam valvulam persectum.

3) Pars superior parietis ventriculi sinistri.

4) Auricula cordis sinistra.

5) Atrium cordis dextrum prope introitum venae cavae superioris.

XX. Cadaver. Exsudatum serosum nimium in cavea pleurae dextrae et in cavea pericardii. Cor directionem magis verticalem habet. Mucro cordis prope cartilaginem costae 5ae situs.

1) Conus arteriosus per marginem liberum duarum valvularum semilunarium persectus.

2) Orificium arteriosum sinistrum prope angulum insertionis valvularum semilunarium diffissum.

3) Auricula cordis sinistra.

4) Auricula cordis dextra et finis venae cavae superioris.

In ceteris cadaveribus *sectionem transversam* per cartilaginem costae 4ae et per spatium intercostale tertium et quartum ductas fere semper easdem cordis partes, hoc est, limbum ostii venosi dextri et sinistri (in sectionibus per cartilaginem costae 3ae ductis), solum ostium venosum dextrum et ventriculum sinistrum infra ostium venosum sinistrum (in sectionibus transversis infra cartilaginem 3 ductis) ferire videmus.

Ex omnibus his disquisitionibus patet:

1) *Omnium* ostiorum cordis *superius ostium arteriosum dextrum* esse, quod interstitio intercostali *secundo sinistri lateris* semper aut fere semper respondet.

2) Ostium hoc (arteriosum dextrum) *directionem* in diverso gradu *obliquam* habere ita ut valvula ipsius semilunaris anterior (aut, quod interdum accidit, duae valvulae anteriores) ad 3'''—7''' superius quam duae ceterae valvulae posteriores sita sit.

3) *Ostium arteriosum sinistrum* cartilagini *costae 3ae sinistrae* post-

positum et in diverso quoque gradu obliquum esse ita ut una alterave valvula ipsius semilunaris posterior superius quam reliquae sita sit.

4) Infundibulum, quod *ostium venosum sinistrum* cum valvulis mitralibus format, *interstitio intercostali tertio* (inter cartilaginem costae 3^{ae} et 4^{ae}) sinistro postpositum, *directionem paulo obliquam*, sed magis quam ostii venosi dextri verticalem offerre; largiorem hujus infundibuli partem ad posteriora versus, angustiorem vero ipsius partem duplici cuspide valvulae mitralis formatum in anteriorem partem versus spectare.

5) *Ostium venosum dextrum* inferius quam *sinistrum* collocatum esse, ita ut plerumque *cartilagini costae 4^{ae} respondeat,* directionem etiam magis horizontalem s. transversam, directioni igitur ostii venosi sinistri non perfecte parallelam habere, largiorem infundibuli hujusce partem vel limbum ostii ad dextram, angustiorem vero ipsius partem triplici cuspide valvulae tricuspidalis constitutam, ad sinistram spectare.

Sectiones denique per thoracem congelatum *in longitudinem* ductae (vid. Fasc. 2 A.) docent nos:

1) Sectionem *per cartilagines costarum ad 8—12''' a junctura cum margine sinistro ossis sterni in longitudinem ductam* infimam partem caveae ventriculi dextri et caveam ventriculi cordis sinistri prope insertionem tendinum valvulae mitralis musculis papillaribus diffindere (F. 2. A. Tab. 12, fig. 2).

2) Sectionem fere *inter utramque juncturam cartilaginis costae 4^{a} sinistrae* cum osse sterno et cum costa 4ta in longitudinem ductam conum arteriosum ventriculi dextri medium, interdum simul cum limbo ostii venosi sinistri (conf. Fasc. 2. A. Tab. 4) interdum vero caveas ventriculi sinistri et dextri cordis infra limbum ostiorum ferire (conf. Tab. 5).

3) Sectionem *per marginem externum articuli sternoclavicularis sinistri* et per cartilagines costae 3 et 4^{ae} sinistrae propius juncturae ipsarum cum osse sterno in longitudinem ductam ostium arteriosum sinistrum simul cum cavea ventriculi dextri infra ostium ipsius venosum et caveam ventriculi sinistri per limbum ostii venosi sinistri diffindere.

4) Sectionem *per juncturam cartilaginum costarum cum margine sinistro ossis sterni in longitudinem institutam* bulbum aortae supra ostium arteriosum sinistrum, ostium venosum dextrum per limbum ipsius, truncum arteriae pulmonalis (supra ostium arteriosum dextrum) et atrium sinistrum supra ostium venosum sinistrum persecare (Fasc. 2 A. Tab. 12, fig. 3).

5) Sectionem *per manubrium sterni nec non per medium sternum in*

longitudinem institutam caveam ventriculi dextri cordis, per limbum ostii venosi dextri, aut prope hunc limbum et atrium cordis sinistrum supra limbum ostii venosi sinistri nec non septum ventriculorum diffindere.

6) Sectionem denique *ad marginem internum articuli sternoclavicularis dextri* et circa insertionem cartilaginis costae 4ae dextrae ossi sterno ductam atrium cordis dextrum et introitum venarum cavarum (ergo supra ostium venosum dextrum) persecare.

7) Utraque sectione, nempe *per juncturam cartilaginum costarum cum margine sinistro ossis sterni* et *per medium sternum* ducta plerumque magis diversas cordis partes, quam aliis (per articulum sternoclavicularem dextrum sinistrumque ductis) diffindi (conf. Fasc. 2, Tab. 12).

Omnium igitur ostiorum cordis maxime sinistrum et omnium supremum *ostium arteriosum dextrum* (a. pulmonalis) esse et prope juncturam cartilaginis costae 3ae sinistrae cum costa ipsa situm. *Ostium arteriosum sinistrum* in uno plano longitudinali cum *ostio venoso sinistro* (sed supra hoc) propius juncturae cartilaginum costae sinistrae 3ae et 4ae cum osse sterno collocatum; *ostium* denique *venosum dextrum* omnium ostiorum maxime dextrum omniumque infimum esse et interstitio intercostali tertio et lineae medianae sterni respondere.



★ ★ ARMY ★ ★
MEDICAL LIBRARY
Cleveland Branch


NATIONAL LIBRARY OF MEDICINE
NLM 02328999 0